MET
PHYCA
TOM II

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1458

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1458



Ms 1458

1743

in major purgit propositio [redacted] Bourlier

minor

Bourlier 1741

Ex dono
Mouley

1458
MS: ~~n. 329~~

Metaphisica scripta

a Nicolao bourlier anno 1741

PARISIIS

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE PARIS

Metaphisica data a Domino
Tingry celeb

DONS
P 41425

Pars IIa
Philosophiæ
Sive
Metaphisica.

Metaphisica nomine ea intelligitur disciplina que tractat de ente a materia abstracto sive pro mente sive pro conditione naturæ suæ.

Dicta est etiam a nativibus ex ab ipso enthesio prima philosophia. a nonnullis autem Recentioribus Scientia generalis nuncupatur quod generalia entis principia considerat.

De illius naturâ summatim tractatur.

Primo metaphisica est Sapientia, nam est cognitio Rerum altissimarum per altissima principia: est enim cognitio entis et attributorum illius generalium, cognitio dei quo nihil est excellentius, cognitio humanæ mentis quo nihil est in creaturis præstantius.

Secundo est Scientia, nam est cognitio certa evidenter ex primis principiis deducta.

Tertio est Speculativa nihil enim circa objectum suum molitur vel molliendum præscribit.

Quarto ejus objectum est ens a materia abstractum sive pro mente sive materiæ suæ conditione.

Finc metaphisica pars duplex videlicet Scientia entis generaliter quod nempe ab omni materia pro cogitatione abstractum est Scientia Spirituum qui ab omni materia sunt secreti naturæ suæ conditione; Scientia entis generaliter græco nomine ontologia

dicitur. Scientia Spirituum, pneumatologia prior eorum dici solet metaphisica generalis, posterior Specialis.

Pars prima metaphisicæ.
Sive onthologia

onthologia est Scientia entis generatim. quidquid autem de ente generatim dicemus quatuor capitibus complectemur. primum erit de ente Relatiis quæ illius Speciebus. 2dum de principiis entis. 3tium de causis entis. quartum de proprietatibus entis.

Caput primum
de
Variis entis Speciebus.

Ens generatim dici solet quidquid existit vel existere potest

Duæ Sunt entis Species Substantia Scilicet et modus: ens enim vel postulat subjectum cui inhæret et inhæreat vel nullum requirit subjectum. Si nullum requirit subjectum dicitur Substantia: Si postulat subjectum cui inhæret et inhæreat modus vocatur modus autem ab aristotele distribuitur in novem classes, vel enim est quantitas, vel qualitas, vel Relatio, &c ut mox dictum fuit.

Novem illos modi Species cum Substantia constituunt decem Cathegorias aristotelis itaque in præsenti capite quatuor instituemus articulos. in primo, quæstionem expendemus quæ cathegoriis præmitti debet expendemus Scilicet circa ens generatim quod est caput Cathegoriarum utrum Sit univocum respectu Substantiæ et modi, dei et creaturæ. 2dus articulus de cathegoriis erit. 3tius articulus de substantia, quartus de modo.

articulus 1us

* * * * * * * utrum ens Sit univocum respectu Substantiæ et modi, dei et creaturæ.

Ut facilius intelligatur quid de ista quæstione Sentiendum Sit quædam Sunt in memoriam revocandæ definitiones in Logica expositæ. Scilicet nomen aliud est univocum, aliud æquivocum aliud analogum, aliud attributivum. nomen univocum est illud quod eandem formam eodem modo multis communicatum Significat ut homo. nomen æquivocum est illud quod formas diversas diverso modo diversis Subjectis convenientes Significat ut gallus qui Significat hominem in gallia esse natum et volucrem. nomen analogum est illud quod diversas

significat formam eodem modo multis communicantes, ut pes qui ubi dicitur de monte pede significat terram, lapidem congeriem. ubi vero dicitur de corpore humano pars esse ossa — cum per peculiari modo intellecta, significat nomen attributum cui illud quod eandem formam diverso modo multis communicatem significat ut Petrum. iis positis

Conclusio

Ens sumptum pro eo quod a parte rei existere potest stricte et proprie loquendo non est univoce cum respectu substantiae et modi, dei et creaturae. illud enim proprie loquendo univoce cum non est respectu substantiae et modi, dei, et creaturae quod eandem formam, sed diversimode substantiae et modo, deo et creaturae communicatem significat, atqui ens eandem formam significare potest, nempe existentiam, sed diversimode communicatem substantiae et modo, deo et creaturae. existentia enim convenit primario et proprie substantiae, et modo convenit secundario et proprie substantiam. pariter existentia deo simpliciter convenit, creaturae vero per participationem. deus enim est ipsum esse, substantia vero creata non sunt ipsum esse, sed solummodo participi pars essej existentia dei est necessaria et independens. existentia vero creaturarum est contingens et dependens. ergo ens non est univoce cum respectu substantiae et modi dei et creaturae.

Et certe si ens univoce esset respectu substantiae et modi, differentiae entis essent species et alius dei posset quod esset entia, atqui entia differentiae non sunt entis species, differentia enim entis est id quod ei addi debet ut cum eo junctum illius speciem constituat, atqui quodenti ut cum eo junctum illius speciem constituat addendum est, entis species non est, quod enim enti ut cum eo junctum entis speciem constituat addi debet, est pars entis speciei, quemadmodum rationale quod enti ut cum eo junctum animalis speciem, hominem scilicet, constituat addi debet, non est animalis species, sed illius speciei hominis scilicet pars, atqui pars speciei non est species, ergo entia differentiae non sunt entis species, proinde quae non sunt entia.

Objicies 1°. Si quis ratio impediret ne ens respectu substantiae et modi univoce esset, quia maxime forma per illud significata eis diversimode convenit atqui ens substantiae et modo univoce convenire potest licet forma per illud significata diversa ratione eis conveniat ergo ens est univoce cum respectu substantiae et modi

Nego min. ex enim de natura uinoci ut eandem formam eodem modo multis conuenientem significet ex eo ipso quod forma per illud significata multis diuersa ratione conuenit, uinocium esse desinit, hinc est quod sanum uinocium non est res pertu hominis et medicamenti scilicet quia quamuis eandem formam nempe sanitatem significet alteri homini alio medicamento conuenit, illi enim ut subjecto huic ut causæ conuenit ergo ex eo quod forma per eum significata aliter substantiæ aliter modo conueniat recte negatur illud ei uinoce non conuenire.

Instabis si diuersitas quâ forma per eum significata substantiæ et modo conuenit ab eorum differentiis repetenda sit diuersitas illa non impedit ne uinoce illis conueniat atqui diuersitas quâ forma per eum significata substantiæ et modo conuenit ex eorum differentiis repetenda est ergo diuersitas illa non impedit quin ei uinoce conueniat.

Distinguo maiorem si diuersitas quâ forma per eum significata substantiæ et modo conuenit repetenda sit ex eorum differentiis quæ diversum ut existendi modum non important diuersitas illa non impedit quin ei uinoce conueniat concedo maj. si diuersitas ex eorum differentiis quæ diversum ut existendi modum important repetenda sit nego majorem, distincta parcitio minore nego consequentiam itaque esto quod diuersitas quâ forma ubique multis conuenit entis uinocationem non impediat ubi illa diuersitas non repetitur ex modis diuersis quibus forma illa inest sed ubi diuersitas illa ex diuersis modis quibus inest repetitur tunc uinocationem impedit sanum enim uinocum non est res pertu hominis et medicamenti cum aliud significet ac in propositione homo est sanus aliud in ista medicamentum est sanum, ideo autem uinocum non est quia forma per illud significata diuersi modo inest scilicet in homine tanquam in subjecto in medicamento tanquam in causa diuersitas autem illa ex parte ipsius sanitatis in diuersum junctis non repetitur sed ex eorum quæ sanitatis differentiis diuersitas quidam quia forma per eum significata modo et substantiæ conuenit ex eorum differentiis repetitur sed quia important diversum ut existendi modum siquidem existentia conuenit primario substantiæ secundario vero modo quia non nisi in substantia et per substantiam existit.

Objicies 1° si ens ratione sui junctum suum non includat differentias uinocum est ratione substantiæ et modi atqui ens ratione sui ex in genere spectatum differentias suas non includit ergo uinocum est ratione modi et substantiæ.

Nego maj. licet enim sanum ratione sui junctum suum non includat differentias

vniuocum tamen non est Rationale hominis et medicamenti ergo esse quod est Rationale sic differentias suas non includat non sequitur aliud esse vniuocum vt patet substantia et modi

Instabis 1°. Si est Rationale sui sumptum differentias suas non includat eandem formam et eandem Rationem significabit ubi de modo et substantia affirmabitur. atqui eo ipso quod eandem formam significabit ubi de modo et substantia affirmabitur erit vniuocum, ergo &c.

Distinguo min. eo ipso quod est eandem formam eodem modo inexistentem significabit erit vniuocum concedo minorem de vero modo inexistendi nego minorem et itaque non ne vniuocum sit Sal vel non est vt eandem formam significet aliquin sal nunquam vniuocum sina enim de medicamento affirmetur sine de homine eandem semper formam sanitatem salubrem significat sed requiritur quoque vt eandem formam illius inexistendi modum significet est autem formam eadem Rationale in substantia et modo inexistente non significat.

objicies 3°. Demonstrationis medium vniuocum esse debet si enim analogum esset quatuor in demonstratione forent termini atqui est demonstrationis medium esse potest valet enim hic Syllogismus omne ens est intelligibile, omnis substantia est ens ergo omnis substantia est intelligibile. ergo ens est vniuocum respectu substantiae et modi

Nego minor. Cujus probationem distinguo quatuor esse termini in demonstratione in qua medius terminus esse analogus nec sumitur secundum totam suam extentionem concedo in qua sumitur secundum totam suam extentionem nego. in demonstratione autem affirmativa est sumitur secundum totam suam extensionem.

objicies 4°. Aliud est vniuocum respectu dei et creaturae quod habet eandem rationem in deo et in creatura. atqui ens eandem habet Rationem in deo et in creatura in utroque enim entitatem existendi significat ergo &c.

Nego mino. ens quidem eandem formam significat in deo et in creatura sed diuersimode in utroque existentem vt patet ex dictis in probatione ergo &c.

Ad plenam istius quaestionis intelligentiam et solutionem obseruandum est deo esse genera attributorum communium. alia diuidentur per puros inexistendi modos

alia per aliquam perfectionem seu rationem entis superadditam in una specie et per ipsius perfectionis negationem in altera. quae per plures inexistendi modos diuiduntur. Nunquam analoga sunt quamuis forma sit eadem. Si modi illi inexistendi sint diuersi: quae vero per aliquam perfectionem et per illius negationem diuiduntur ea unius ens esse possunt quia subiicer ens aeque quod enti superadditus perfectio hoc neque ex parte inexistentis neque ex parte modi quo inexistit. Saltem differentiae vero constitutiuae substantiae et modi differentiae sunt modi inexistendi diuersi ut patet ex dictis ergo &c

Articulus Secundus
De Cathegoriis

Ne quid de aliquamus intactum quae sequuntur de cathegoriis generanda esse censemus

Cathegoriae secundum notas affinologiam graecam sunt attributiones idem cathegoriae quidam ne quibus ad unum nouocantur ea omnia quae sunt ipsi affinia seu de quibus praedicari potest sic quia homo, animal, risus, corpus affinia sunt substantiae et in eo conueniunt quod sunt substantiae ideo ad cathegoriam substantiae nouocantur.

Cathegoriarum usus vulgari exemplo poterit illustrari ne simul permisceantur plures familiae in mente positum est ut arbores genealogicas texere in quibus ad unum caput subiicias ad genitis principem ex ordine referuntur, qui eumque ex ipso sunt cognati atani, aui, patres filii nepotes. idem iudicium faciendum de schematibus nutu philosophorum celebratis nomine cathegoriarum.

Aristoteles de cathegoriis librum scripsit integrum, librum a quo logicam suam orditus. Decem numerat cathegorias et ad eas nouocat quae quae de re aliqua quaeri possunt. obiectum igitur libri cathegoriarum sunt res omnes quae ad ontologiam potius quam ad Logicam pertinent. multi sunt tamen nutu philosophorum qui hunc tractatum tradunt in logica quia mihi non creditur a nonnullis necessarius ad distinctionem idearum, sicut enim in primo tractatus de uniuersalibus congregat homogenea seu similia conuenientia per modum unius, ita tractatus de cathegoriis segregat aetherogenea seu diuersa ad diuersas classes nouocat.

Tres sunt partes libri cathegoriarum scilicet ante praedicamenta, praedicamenta et post praedicamenta.

antepraedicamenta

antepraedicãta quedam praeambula de cathegoriarum intelligentiam explicit sunt generis nempe definitiones, divisiones et regulae.

Primo definitiones proponuntur quarum aliae sunt univocae, aequivocae, analogae, paronimae, pauloninae et athebroninae. univocae sunt eae quae de multis dicuntur secundum idem nomen et secundum eandem significationem ut homo respectu petri et pauli. aequivocae sunt eae quae de pluribus dicuntur secundum idem nomen et secundum diversam significationem ut canis respectu sydera et animalis latrantis. nomina analoga sunt eae quae de multis dicuntur secundum idem nomen et secundum significationem partim eandem partim diversam ut sanum respectu hominis pharmaci et animalis tionis, per respectum sanum, montis, hominis. nomina athebronina sunt eae quae dicuntur de multis secundum diversum nomen et diversam significationem ut lapis et quercus. nomina paulonina sunt eae quae dicuntur de multis secundum diversum nomen et secundum eandem significationem ut calix et gladius. nomina paronima sunt eae quae dicuntur de multis secundum eandem significationem et secundum nomen partim idem partim diversum ut philologus et philosophia. ideo autem has definitiones tulerit aristoteles cathegoriis praeviae et inserat sola nomina univoca in illis locum obtinere nec contra quae confusionem pareant.

Secundo divisiones proponuntur numero duae, prior est eorum quae dicuntur et univocorum posterior eorum quae sunt in re et nomen.

Eorum quae dicuntur alia sunt complexa quae nempe duo vel plura significant digna quae recipiuntur ut homo justus, alia incomplexa quae sunt unicam significant et unitantum respondent ideae; sola nomina incomplexa cathegoriis inesse debent ut nitetur confusio. ea

Eorum quae sunt alia dicuntur de subjecto nec sunt in subjecto ut substantiae universales. alia sunt in subjecto nec dicuntur de subjecto ut accidentia singularia; hoc vel illa albedo alia dicuntur de subjecto et sunt in subjecto ut accidentia universalia, color albedo, alia

Denique non sunt in subjecto nec dicuntur de subjecto ut substantiae singulares et petrus et paulus.
Illud autem est in subjecto quod est in aliquo tanquam pars aliquae naturae subjectum autem
hic est subjectum praedicationis quod Aristoteles dicit subjectum inhaerentiae.

Tertio regulae duae sunt automata proponuntur. prima est quidquid convenit superiori
essentialiter, convenit inferiori, sic quia convenit homini esse rationalem convenit petro esse
rationalem, at vero convenit homini esse speciem, quod tamen non convenit petro, quia esse
speciem non convenit homini essentialiter. Secunda est quaedam diversa est minime subordinata
habent diversas differentias, sic rationalitas et irrationalitas non possunt esse simul differentes
mentis petrus est animalis.

Praedicamenta

Praedicamenta sunt cathegoriae ipsae.

Cathegoria vulgo definitur series est ordo naturalis generum, specierum et
individuorum sub aliquo genere supremo contentorum, vide arborem porphyrianam.

Primo dicitur series est ordo quia cathegoria est totum quoddam constans ex multis
ordinate positis.

Dicitur secundo naturalis ordo id est fundatus in ipsa rerum natura non pendens
ab libera hominum institutione, gradus enim superior naturâ suâ superat inferiorem
v.g. substantia superat corpus.

Dicitur tertio generum specierum et individuorum quia genus est primarium in
linea directa cathegoriae reponuntur genera, species et individua.

Dicitur quarto sub aliquo genere supremo contentorum nam omnis ordo ab aliquo
primo principio actus ab origine profluentes.

Quaeres primo quot modis aliquid in cathegoria reponi possit.

Respondeo tribus modis posse aliquid in cathegoria reponi nempe directe, indirecte
et reductive.

Ea directe ponuntur in cathegoria quae in linea directa sine media ponuntur nempe genera
species et individua v.g animal, homo, petrus,

Ea indirecte ponuntur in cathegoria quae ponuntur in linea collaterali ab ea nempe differentiae
ut sensibilitas rationalitas potentialitas

Ea reductive ponuntur in cathegoria quae revocantur ad aliquam ex cathegoriis nempe proprietates
et partes rerum sic pedes, manus, caput hominis collocantur quidem in cathegoria sed reducentur

ad cathegoriam hominis

Quaeres Secundo quot conditiones requirantur ut res aliquod in cathegoria collocatus dicatur;

Respondeo Sua specifica conditiones secundi hoc dictio expressa

Ens verum posite in complexum sui ipsius unumque
completumque cujusque substantiae

Primo Sit ens id est aliquod positivum neque enim privationes aut negationes ponuntur in cathegoria sed cognoscuntur per entia ipsis opposita.

Secundo ens debet esse verum id est reale entia enim rationis excludunt a cathegoriis.

Tertio posite id est unius naturae completae ut homo excludentur enim entia per accidens que non sunt unius sed multifidi naturae ut exercitus.

Quarto incomplexum per quod significatur complexum ut homo justus.

Quinto synonimum id est unico unum.

Sexto completum id est quod non sit pars alterius sic pedem manus hominis non suscipit cathegoria saltem directa.

Quaeres 2° quot sint cathegoriae.

Respondeo multifidum posse admitti cathegoriam tot enim admitti possunt cathegoriae quot status possunt summa rerum capita sunt genera ad que res possint commode revocari atque multa status possunt verum capita sint humana genera ad que res omnes revocentur nempe facilius est res omnes in varias duntaxat distribuere quam una eademque serie ordinare quemadmodum facilius est multos exercitus per varios duces qui varias legiones ducant quam has omnes ab uno rege in ordinem cogi ergo &c. ad quas haine patet esse verum quam has omnes ab uno rege in ordinem cogi ergo &c. ad quas haine patet esse arbitrarium cathegoriarum numerum cum unicuique licitum sit sumere rerum capita quot libuerit ut res omnes apte distribuat eradicem deducat. hinc unicam cathegoriam admisit status Judaeorum duas Graecorum Latinorum substantiam et accidens Stoici quatuor Judaeus substantiam quantitatem qualitatemque relationem quidam decem vero Septem statuunt cathegorias Systema quae generalia rerum capita nempe spiritum, corpus, extensionem statum, figuram, motum et quietem adhuc enim contendunt posse verum cari quemque in modo existant hasque cathegorias duobus completuntur versibus

Mens mensura quies motus positura figura
Sunt cum materia cuncta rerum exordia rerum

Multis est sensa decas aristotelica scilicet Substantia quantitas, qualitas, Relatio, actio, passio ubi quando situs et habitus his versibus est positus.

. . . . . Substantia, quantitas, Relatio, qualitas, actio, passio . . . . . .
. . . . . arbor, Sex, Seruos, ardore, Refrigerat ustos . . . . . .
. . . . . ubi quando Situs et habitus . . . . . .
. . . . . Ruri eras Stabo Sed tunicatus ero . . . . . .

Illi uersiculi duem catthegorias aristotelis delineant arbor enim significat Substantiam Sex quantitatem, Seruos, Relationem, ardore, qualitatem Refrigerat, actionem, ustos passionem uero, ubi eras, quando Stabo situm significat Sed tunicatus ero significat habitum. De Substantia et Relatione dicemus postea

Quantitas a per pathetici definitur id quod dis ponditur ad quantitatem quot est quantum Vg toritas dicitur quantitas quia quaerenti quot sint in deo personae respondetur tres esse personas diuinas. quantitas uel est continua uel discreta.

Quantitas continua est cuius partes simplici et naturali uinculo connectuntur talis est quantitas bipedalis alicuius femini.

Quantitas discreta est ea cuius partes nullo uinculo connectuntur talis est numerus.

Qualitas a per pathetici definitur id quod dis ponditur ad quantitatem qualis dis Strg philosophia dicitur qualitas quia si quaeratur quales sit homo dis ponditur hominem esse philosophum.

Quadruplex numerari solet qualitas et una quaeque dimembris nempe habitus et dispositio, potentia et impotentia, passibilis qualitas et passio, forma et figura.

Habitus et habitus acquisita qualitas difficile mobilis a Subjecto in quo fuit est, dispositio uero est qualitas acquisita facile mobilis a Subjecto in quo subsidet.

Potentia est qualitas congenita firma et uegeta talis est uirtus aliquis adolescentis oculatissimi. impotentia uero est qualitas congenita quidem Sed infirma et debilis, talis est cruditas senis.

Passibilis qualitas est quaedam qualitas unico sensu exteriori perceptibilis diu durans Vg pallor ex morbo, passio uero est quaedam qualitas unico sensu exteriori perceptibilis cito transiens Vg pallor ex subitaneo timore uel rubor ex uerecundia.

Forma est qualitas quaedam multiplici sensu exteriori perceptibili et hominis ueris magnitudinem uel naturalis talem rotunditas coeli et orbis mulieris figura uero est qualitas multiplici sensu exteriori perceptibili et hominem magnitudinem aliaque artificialis talis est lectus et tabulae picti.

Actio ab abipto tale definitur cuius lineae in hoc passio autem cuius lineae ab hoc Sed cum per pathetici abbreuiato de definitio uita fuerit utique illa definitio actionem

definitur id per quod res aliqua constituitur agens Sic intellectio est actio quia per intellectionem intellectus qui antea erat in potentia agendi constituitur formaliter agens Sum intelligens. passionem vero dicunt esse id per quod res aliqua constituitur formaliter Datum Sui Sui per eius aliquam formam vg illuminatio Receptor in scholo dicitur passio quia per illam illuminationem Receptam Scholo Sui fit aliquem formam unde dicitur illuminata. omnis actio vel est creata vel increata vel immanens vel transiens.

actio creata dicitur ea cuius terminus seu effectus est dependens vg productio mundi est actio creata quia effectus huius actionis Scilicet mundus est dependens.

actio increata est ea cuius terminus est increatus et independens talis est productio Verbi Divini

actio immanens est ea cuius terminus seu effectus manet in suo principio vg actio intellectio est actio immanens quia Scilicet quidquid producit intellectio manet in principio ipsius intellectionis utpote in ipso intellectu qui est principium intellectionis.

actio transiens est ea cuius terminus transit extra principium vg calefactio est ab igne est actio transiens quia transit in manum quae sane est extra ignem qui est principium calefactionis.

actio creata vel est creatio vel eductio, creatio est productio alicuius Rei ex nihilo tam Sui tam Subjecti vg productio angeli est creatio quia angelus producitur ex nihilo tam Sui tam Subjecti.

Eductio est productio Rei alicuius ex nihilo quidem Sui sed non ex nihilo Subjecti talis est productio ignis ex ligno.

Ubi definitur a per: participii una ex decem Categoriis per quam aliquid constituitur formaliter alicubi alias dicitur ubitatio.

Multiplex ubi distinguunt aliud circumscriptivum aliud definitivum aliud permanens aliud fluens. ubi Circumscriptivum dicunt ubi per quod res est alicubi ita ut totum idem in variis Loci partibus per varias Sui partes tale est ubi corporum in statu naturali existentium vg Scamni Camelus enim respondet per varias Sui partes varia Scholo partibus. ubi definitivum vocant illud per quod res est alicubi indivisibiliter id est tota in toto Loco et tota in singulis Sui Loci partibus tale dicunt esse ubi animae nostrae in nostro corpore; ubi permanens est ubi per quod res est alicubi per manentur et in quiete tale est ubi sedentis. ubi fluens est ubi per quod res est in suo loco transeuntes et in motu tale est ubi Scil ambulantis.

Quando definitur id per quod res est formaliter in aliqua temporis differentia vg hesterni, crastini, hodierni;

Situs est una ex decem Categoriis quae definitur id per quod res est formaliter in loco quodam modo Sedens Scilicet est Sedens unde Status et Sessio vocantur Situs. triplex distingui solet

nem pe Situs naturalis, violentus et indifferens.

Situs naturalis est Situs consentaneus illius rei naturae cujus est Situs talis ut Situs hominis habentis os Sublime.

Situs violentus est quidam Situs contra alius naturae rei cujus est Situs talis ut Situs hominis habentis pedes Sursum, caput vero deorsum.

Situs indifferens est quidam Situs nec naturae communicans nec dissentiens talis ut Situs hominis vel Stantis vel Sedentis.

Habitus est una ex decem cathegoriis quae definiri solet circumjacentis corporis alicujus aliud ambientis vel vestientis.

Hae Sunt decem aristotelis cathegoriae in quibus multa esse inutilia et minus accurata satis patebit ex principiis quae statuemus in decursu hujus institutionum.

Post praedicamenta

Post praedicamenta apud peripateticos Sunt quaedam affectiones seu proprietates cathegoriarum multis cathegoriis communes quales Sunt oppositio modi prioris et posterioris. quid Sit oppositio generatim clarius ex quam necesse Sit aliqua definitione explicare. oppositio duplex, simplex quae est terminorum et complexa quae est propositionum. de oppositione complexa dicimus in logica ubi de propositionibus.

Quaeritur 1°: quinam Sit oppositio terminorum et quotuplex Sit.

Respondeo oppositionem terminorum esse illorum pugnam, quae duplex. nam totuplex est terminorum oppositio, quotuplex modus quo duo termini possunt inter se pugnare, atqui hic est, vel enim pugnant ut ens et non ens vel ut ens et non ens; si pugnant ut ens et ens nullo Sunt entia absoluta et oppositio contraria vel Sunt duo entia relativa et oppositio relativa si pugnant ut ens et non ens vel pugnant ut ens et non ens simpliciter et oppositio contradictoria vel pugnant ut ens et non ens secundum quid et oppositio privativa ergo &c.

Dices omnis oppositio est relativa nam omnia opposita Sunt relativa ergo &c.

nego antecedens ad probationem distinguo omnia opposita formaliter sumpta seu quatenus Sunt relativa concedo antecedens omnia opposita materialiter sumpta nego antecedens nam opposita materialiter sumpta possunt Sine mutuo ad se invicem ordine sicut album potest concipi Sine nigro.

Quaeritur 2°: quinam Sint illorum omnium oppositionum maximi.

Respondeo 1° oppositionem contradictoriam esse omnium maximam nam ens et non ens simpliciter maxime distant a se invicem Cum in nullo conveniant.

Respondeo 2° oppositionem relativorum esse omnium minimam nam entia relativa minus distant quam contraria opposita cum possint solo numero differre.

Respondeo 3° privata magis opponi quam contraria nam Sunt duo entia positiva, formae autem per privativa sumtae Sunt ens et non ens.

Quaeritur 3°: utrum detur medium inter duo contradictoria.

Respondeo negatiue nam duo contradictoria sunt ens et non ens simpliciter, atqui ens et non ens simpliciter non datur medium nam dantur medium solet per participationem extremorum et hoc calorem inter et frigus vel per exclusionem utriusque extremi ut dicimus esse medium, aliquid inter et argentum, atqui inter ens et non ens simpliciter neque datur medium per participationem neque per exclusionem quod repugnat. impossibile enim est idem esse simul et non esse exclusionem inter ens et non ens tale enim medium neque esset ens neque non ens quod impossibile esse, nam ens quodlibet est vel non est.

Quaeritur 4° quot modis unum possit dici prius alterius vel posterius.

Respondeo dicitur prius tempore quando ens antiquius ut in vocatis patet ens petere filii. Secundo dicitur prius origine quando ens primi per quem alterius ut patet ab actibus per petere verbi divini. Tertio dicitur prius dignitate quando ens nobilius altero sic princeps ens prius dignitate homine plebeio, quarto dicitur prius natura quando ens causa alterius ut sol respectu lunae, quinto prius universalitate quando ens communius patet sic animal ens prius homine potest autem dici petrus est homo ergo est animal. Sexto dicitur prius ordine quando secundum aliquem ordinem praecedit aliud sic exordium est prius narratione.

Articulus 3.us
De Substantia

Substantia est ens per se subsistens id est independens a subjecto cui inhaereat et duplex est alia corporea alia spiritalis. Substantia corporea quae corpus dicitur est substantia extensa in longum latum et profundum. Substantia spiritalis quae alterius rei dicitur est substantia cogitans.

Quaeritur utrum substantia sit unius ejusdem rei pertinentis ad corpus vel ad mentem.

Conclusio

Substantia unius ejusdem rei pertinentis ad corpus vel mentem. nam ut substantia unius ejusdem rei pertinentis ad corpus necesse foret ut quod per se subsistit in corpore et in mente simile esset. atqui quod per se subsistit in corpore simile non est ei quod per se subsistit in mente. quod enim divisibile est in corpore indivisibile vero in mente simile non est in mente et corpore atqui quod per se subsistit in corpore est divisibile est enim extensio ipsa quod vero per se subsistit in mente est indivisibile est enim ipsa cogitatio. ergo quod per se subsistit in mente et in corpore in ei simile non est proinde quae substantia eorum rei pertinentis non est unius ejusdem et certe pars unius ejusdem non est rei pertinentis ad partis corporis humani et partis mentis atqui substantia magis unius ejusdem non est rei pertinentis ad corpus et mentis quam pars rei pertinentis ad corpus humani partis. ideo enim pars unius ejusdem non est rei pertinentis ad partis mentis et partis humani corporis quia pars in mente relatione sui spectatus simile non est ei quod pars in homine dicitur atqui

quatenus quod est Substantia in mente Similia non est ei quod est Substantia in corpore ut jam probatum fuit ergo Substantia non est unius vocabuli respectu mentis et corporis.

Objicies 1° quod eadem forma eodem modo corpori et menti conveniens unius vocabuli significat ergo cum non sit verum corporis et mentis. atqui Substantia eadem forma eodem modo corpori et menti conveniens significat ergo est unius vocabuli respectu mentis et corporis.

Nego minor. Si enim forma Substantiae in corpore sit extensio cogitatio vero in mente Substantia eandem formam non significat in mente et in corpore atqui forma Substantiae in mente est cogitatio in corpore vero est extensio ergo eadem forma per Substantiam non significatur Quum Substantia de corpore erde mente dicatur

Instabis forma Substantiae nomine significata sive de corpore sive de mente dicatur est Substantia ergo eandem formam significat in mente et in corpore.

Distinguo antecedens forma Substantiae nomine significata sive de corpore sive de mente affirmatur est Substantia quae diversa est in mente et in corpore concedo antecedens quae Similis est in mente et in corpore nego antecedens et consequentiam. itaque forma eadem Substantiae nomine significata sive de corpore sive de mente affirmatur Substantia, est Substantia sed haec diversa est in corpore et in mente in illo enim est extensio ipsa in hac vero cogitatio Si enim extensionem ex corpore tollas nullam in eo formam per quam Substantia dici possit concipies, quatenus si ex mente cogitationem tollas nullo in ea forma per quam Substantia sit vocabitur.

Instabis Si Substantia in corpore esset extensio Sensus istius propositionis corpus est Substantia esset corpus est extensum fallum consequens ergo et antecedens.

Distinguo majorem Sensus istius propositionis corpus est Substantia esset corpus est extensum ubi Substantia spectatur secundum rem concedo majorem ubi spectatur secundum nominis definitionem nego majorem. Distincta quatenus minore nego consequentiam. itaque Substantia duobus modis spectari potest vel secundum nominis definitionem vel secundum rei definitionem hinc spectatur secundum nominis definitionem ubi attenditur tantum ad id quod Substantiae nomine vulgo intelligitur abstrahendo ab illius natura haec vero secundum rei definitionem spectatur ubi quid sit illa Substantia consideratur. Sensus quidem hujus propositionis corpus est Substantia non est corpus est extensum ubi Substantia spectatur tantum secundum nominis definitionem Sed Sensus istius propositionis corpus est Substantia est corpus est extensum ubi Substantia in corpore secundum rem spectatur Si enim perpendendo quid sit Substantia in corpore, eam nihil aliud esse quam extensionem deprehendat aliud certe Substantia in corpore spectata quantum ad rem est extensum Substantia autem in corpore nihil aliud est quam extensio ea enim ex corpore detracta nullum in ea attributum remanet.

Itaque eodem modo judicandum est de aliis propositionibus meus est Substantia, corpus est Substantia ac de iis, pars inferior hominis corporis alias sustinens est pes, pars montis inferior alias sustinens est pes. in his autem propositionibus per eadem forma affirmatur ubi

Spectatus tantum secundum nominis definitio nem Sed secundo modo affirmatur ubi secundum rem consideratus, ut enim quod am pars corporis humani ex mentis dictus per attendendo ad illius finem ex effectum nullatenus prejudicando quid sit in se Spectata ita considerando corpus Subjecto ut existat non indigere, positio nec mentem corpus ex mens substantia dicentur Sed quemadmodum prejudicando quid sit pars mentis quae per dictus in se Spectata ab ea quae in corpore humana per vocatur Sana diversa depositionis ita pariter prejudicando quid sit in corpore id quod substantia dictus ab eo quod substantia in mente objectatus Sana diversum concipitur.

Instabis Si substantia sine differentiis sub conijci potest propositioni dictus Sensus corpus ex sub stantia non ex corpus ex extensum ubi substantia secundum rem Spectatum atque substantia sine differentiis sub conijci potest ergo Sensus dictus propositionis corpus ex substantia non ex extensum ubi substantia secundum rem Spectatum.

Primo augumentum Sic retorqueri potest Si per sine differentiis sub conijci possit eodem modo mentis ex corporis humani parte affirmatur atque sine differentiis sub per conceptus ubi ut pars inferior verificatur alias Sustinens ergo Sensu eodem de mentis ex corporis humani parte affirmatum.

Secundo distinguo minorem substantia secundum nomen Spectata conijci potest sine sub differentiis concedo minorem substantia secundum rem Spectata conijci potest sine sub differentiis nego minorem. itaque substantia secundum nomen Spectata conijci potest sine differentiis sub quemadmodum per ex Sanum secundum nomen Spectata conijci possunt sine differentiis sub Sed substantia secundum rem Spectata conijci non potest sine sub differentiis, sicuti substantia quae ex in corpore nullatenus similis ex substantiae quae ex in mente ubi secundum rem Spectatum.

Objicies 2°. Si substantia unio ea sit ratione mentis ex corporis nullum eo nomen erit unio cum absurdum consequens ergo est antecedens.

Nego majorem enim substantia unio ea non sit ex jacta mentis ex corporis animal ex unio cum respecta omnium animalium substantia sine extensio unio ea ex respecta omnium corporum dictus enim ex qualibet corpore omnibus illius differentiis aliquod constituatur substantia quod que in omnibus simile sit inhibuimus remanere conceptus, positio differentiis ex omnibus animalibus dictus pariunt dispositio qua constituentur animalia concipitur.

Quaeres 2°. quid sit Subsistentia.

Respondeo Subsistentia late sumitur vel proprie Si late sumitur ut id per quod substantia constituatur in ratione substantiae, Sic dat per inhaerentium constituitur accidens in ratione accidentis ex sensu communi omni substantiae sive unione ali, sive singulari, sive completa, sive incompleta. Si proprie sumatur communi soli substantiae singulari ex completae; definitur que ultimo complementum naturae substantialis cum reddens in com

municabilem alteri tanquam supposito.

Dicitur complementum quo differt a materia quae non est complementum seu actus, sed potentia. dicitur secundo ultimo quo differt a forma substantiali quae quidem est complementum materiae sed non ultimum cum materia possit complere sic corpus Christi completus per animam ejus sed non ultimo, completus enim alteritas quae est ordinem ad verbum dicitur tertio tanquam addens incommunicabilem alteri tanquam supposito quod ut intelligatur observandum est quod dupliciter esse incommunicabilitatem.

Prima est incommunicabilitas alteri tanquam subjecto inhaesionis et haec convenit omni substantiae sive singulari sive universali sive completa sive non quia nulla substantia potest esse in subjecto inhaesionis.

Secunda incommunicabilitas alteri tanquam inferiori et haec convenit omni et soli substantiae singulari non autem substantiae universali neque enim singularia possunt de inferioribus praedicari sed tantum universalia.

Tertia est incommunicabilitas alteri tanquam toti et haec convenit omni soli quae substantiae singulari completae non autem convenit substantiae incompletae ut partis sic est ex manu. per ipsa anima rationalis non habens est incommunicabilitatem alteri tanquam toti Homini tanquam toti communicatus.

Quarta est incommunicabilitas alteri tanquam supposito quae quidem convenit toti substantiae singulari completae et sui juris Vg petro et paulo. humanitas autem Christi non habet habet quartam incommunicabilitatem quia completus per verbi divini suppositum

In quolibet suppositi in quadruplex differentia incommunicabilitas sic petrus est quia est suppositum primo habet incommunicabilitatem alteri tanquam subjecto inhaesionis est enim substantia. secundo habet incommunicabilitatem alteri tanquam inferiori quia est substantia singularis. tertio habet incommunicabilitatem alteri tanquam toti quia est substantia singularis completa. quarto habet incommunicabilitatem alteri tanquam supposito quia est substantia singularis. ultimo completa hoc est sui juris et ita completa ut non ulterius completus.

Dices Subsistentia paternitatis non addit naturam divinam incommunicabilem alteri tanquam supposito siquidem natura adhuc filio et spiritui sancto communicatur, ergo subsistentia non est ultimum naturae complementum cum addat incommunicabilem alteri tanquam supposito.

Distinguo antecedens non addit naturam divinam in abstracto sumptam hoc est divinitatem incommunicabilem concedo antecedens sumptam in concreto hoc est patrem nego antecedens pro natura divina in abstracto sumpta seu divinitas communicatur quidem filio sed natura divina in concreto sumpta seu pater non communicatur filio, filius enim non est pater ergo est de ratione substantiae addere suppositum alteri incommunicabile.

Subsistentia propriae sumpta constituit suppositum pro inde que suppositum et subsistentia differunt ut concretum et abstractum. suppositum igitur et subsistentia

singularis ultimo completa unde natura humana christi non est suppositum quia completio per verbum

Persona differt a supposito ut species a genere. omnis enim persona est suppositum sed omne suppositum non est persona scilicet persona dicitur de solis naturis intelligentibus, unde deo, angelis, et hominibus. Suppositum vero dicitur etiam de rebus rationis expertibus, sic non dicitur de persona equi, sed suppositum equi

Persona definitur a Boetio natura rationalis individua Substantia

Hypostasis quamvis olim apud quos dam auctores ecclesiasticos, Substantiam et essentiam aliquando significavit nihilominus jam exorto ecclesiae Significat Subsistentiam unde tres hypostases dicimus in natura divina hoc est tres Substantias, tres personalitates, tres personas, tria Supposita, et unicam naturam. at vero in christo dicimus esse unicam hypostasin, unicam personam, et duas naturas. hinc unio naturae humanae cum verbo divino dicitur hypostatica, sive unio duarum naturarum in eadem persona

Quaeres tertio quaenam est istorum sit distinctio naturam inter et Subsistentiam admittenda.

Respondeo sine distinctione Subsistentiae a natura intelligi et explicari nequeunt mysteria Sanctissimae trinitatis et incarnationis quae cum ignota essent philosophis gentilibus minime mirum est quod nullam agnoverint distinctionem Substantiam inter et Subsistentiam, nec ullo apud eos occurrat mentio naturae et personae ut distinctarum Si militet ex eo quod personam seu Subsistentiam cum natura confundebant famosi haeretici sabellius, paulus samosathenus, Arrius, nestorius, et euthiches alii in alium errorem prolapsi sunt, miserve enim sabellius et paulus samosathenus ex naturae unitate colligebant, in deo unitatem personae, sic que ratiocinabantur.

Natura et persona sunt quid idem
atqui in deo unica est natura
ergo unica est in deo persona

Arius ex trinitate personarum tres naturas inferebat et negabat consubstantialitem personarum divinarum et sic aiebat

Natura et persona sunt quid idem
atqui in deo sunt tres personae
ergo in deo tres sunt naturae

Nestorius circa misterium incarnationis concludebat duas esse in christo personas ex eo quod duae sint in christo naturae, sic enim aiebat.

Natura et persona sunt quid idem
atqui in christo duae sunt naturae
ergo in christo duae sunt personae

Euthiches vero ex unitate personae unitatem naturae in christo colligit hoc modo

Natura et persona sunt quid idem
atqui in christo unica est persona
ergo in christo unica est natura

Hosce errores variis in conciliis ecclesia damnauit. Hinc fide constat aliquam distinctionem inter naturam et Subsistentiam ea enim distinguuntur saltem virtualiter quorum unum multiplicatur alio non multiplicato atque ita. Sic in Sanctissima trinitate una ea est natura et tres sunt Subsistentiae, in christo duplex est natura diuina Scilicet et humana una tamen subsistentia ergo nã est Subsistentia aliqua realiter distinguitur.

Verum istha Scotus exponens ergo quod nam praecisa distinctionis genus inter naturam et Subsistentiam admittendum sit inquirere Theologorum est quod nimirum unicum genus distinctionis admittatur prout necessario ad explicanda Sanctissimae trinitatis et incarnationis mysteria quaeuis tandem aliqua substantia creata possit subsistere fluribus subsistentiis aeque secundo an possit subsistere subsistentia propria et aliena tertio an possit subsistere simul fluribus subsistentiis alienis diuinis. quarto an possit subsistere aliena subsistentia creata. denique utrum possit carere qualibet subsistentia. verum ista omnia multum prolixa arctam cum multiplicitatis connexionem

articulus quartus
De
Modo seu accidente

Accidens secundum sui nominis rationem id quod aliud et est triplex. metaphisicum logicum et physicum. accidens metaphisicum est id quod est rei essentiale, licet non sit de primario illius conceptu vg aequalitas trium angulorum trianguli cum duobus rectis. accidens logicum est id omne quod rei conuenit contingenter eo quo sensu vestis dici potest accidens corporis quia conuenit contingenter corpori, haec enim propositio est contingens, homo est vestitus accidens physicum est ens oppositum substantiae et definitur ens alteri inhaerens id est substantiae quae substantia est subjectum accidentis.

Accidens ergo metaphisicum est id quod est essentiale, accidens logicum id quod non est nãsi accidens vero physicum id quod non est substantia. accidens hoc ultimo sensu sumptum definitur distinguitur a nonnullis absolutum et modale. de accidente absoluto nihil eo loci occurrit dicendum.

Accidens modale est illud quod non potest esse sine subjecto. dicitur uulgo modus. modi autem alii sunt absoluti et dicuntur simpliciter entia absoluta modi alii relatiui et dicuntur relationes. modus relatiuus est ille qui prorsus extrinsecus est rei vg similitudo in albo pariete. modus absolutus est ille qui prorsus intrinsecus est rei vg figura est modus prorsus intrinsecus et absolutus.

De modis absolutis

Quaeritur utrum modus absolutus sit entitas realiter distincta a subjecto vg utrum rotunditas realiter distinguatur a cera.

Conclusio

Modus non est entitas realiter distincta a re cuius est modus

Probatur

Ubi est unica entitas ubi unica est existentia sed modi et rei unica est existentia, digitus vg non habet aliam existentiam ab existentia inflexionis digiti nec vicissim digiti inflexio habet

propriam existentiam seorsim a dicto ergo &c

Objicies primo ea distinguntur realiter quorum unum potest existere sine alio aliquis non potest existere sine modo, ergo.

Distinguo majorem quorum &c quo ad entitatem spectato concedo majorem sine alio quo ad denominationem spectato nego majorem porro res potest existere sine modo quo ad denominandi nem sic dictus potest non denominari ut ens sed non potest esse sine modo quo ad entitatem adhoc enim satis est quod ut sic dicitur quo ad entitatem sit ipse dictus aliquis ut sic dicitur est ipse dictus quoad realitas identificatus.

Instabis aliqui modus quo ad entitatem spectatus non est realiter ipsa res enim accidentalis est accidentalis modo res mutatus ut sic fiat est realiter aliquis modus esse ipsa res realiter res non mutatus ut sic fiat accidentalis accidentaliter modo ergo &c

Nego minorem imo potius ex eo quod modus sit realiter ipsa res sequitur cum mutari ut sic fiat accidentaliter vel accidentaliter modo. nam tunc res mutatus ut sic fiat quando aliquid acquirit ~~vel dependit~~ ad entitatem pertinens aliqui in nostra sententia accidentaliter aut accidentaliter modo res aliquid acquirit aliud dependit ad entitatem pertinens.

Instabis. tunc res non mutaretur quando nihil acquireret aut dependeret reale aliqui accidentaliter vel accidentaliter modo nihil acquireret aut quederet reale, modus enim nihil est reale ex nobis.

Nego minorem ad probatio nem distinguo antecedens, modus ex nobis nihil est reale modus in abstracto concedo antecedens, modus in concreto nego antecedens, modus in abstracto est modus abstractus a subjecto v.g. rotunditas a cera aut saltem a quantitate cerae, modus autem in concreto est modus simul cum ipsa de cujus est modus v.g. cera rotunda.

objicies ea distinguuntur realiter quorum utrum non potest dici alterum, aliquis res non potest dici modus est vestis ergo &c

Nego minorem modus enim est res modificata

Instabis si res &c certum modus est vestis nomine modi et sic modificata promiscue competant possunt, absurdum consequens et antecedens

Distinguo majorem possunt promiscue sumi in sensu reali concedo majorem in sensu virtuali nego majorem, porro modus est res modificata promiscue sumi non possunt in sensu actuali quia virtualiter dicit partes sed non possunt promiscue sumi in sensu reali

Instabis dici non potest esse ipsam rotunditatem ergo

Nego antecedens illud non potest dici in sensu reali

De modis relativis
Seu
De relationibus.

Relatio est ordo unius ad aliud unde etiam in relatione distinguuntur possunt subjectum terminus et fundamentum. subjectum relationis est illud quod refertur ad aliud v.g. pater qui refertur ad filium. terminus relationis est illud ad quod refertur aliquid v.g. filius ad quem pater refertur. fundamentum relationis est id propter quod res una refertur ad aliam sic generatio est fundamentum

relationis patois ad filium

Relatio tamen non est formaliter complectio subjecti fundamenti et terminj nam relatio est ordo subjecti ad terminum proprius fundamentum atque ordo subjecti ad terminum proprius fundamentum non est completum subjecti fundamenti et termini sed potius praesupponi subjectum fundamentum et terminum ergo relatio cum secundo est accompletum subjecti fundamenti et termini.

Relatio multiplex est primo dividitur in realem et mentalem

Relatio realis est ea cujus subjectum et fundamentum existunt realiter v.g. relatio patois ad filium.

Relatio mentalis est ea cujus subjectum et fundamentum existunt mentaliter v.g. relatio generis ad genus de

Secundo relatio alia est essentialis seu transcendentalis alia est accidentalis vel ut categorica

Relatio essentialis seu transcendentalis est actus cujus fundamentum est essentiale subjecto v.g. relatio creaturae ad creatorem est essentialis quia illius fundamentum est essentiale creaturae relatio visus ad visibilia, intellectus ad intelligibilia est essentialis quia intellectus necessario habet pro objecto intelligibilia adeo quod fundamentum hujus relationis est essentiale subjecto

Relatio categorica est accidentalis est ea cujus fundamentum est accidentale subjecto v.g. relatio creaturae ad creatorem

Tertio relatio alia est materialis vel formalis.

Relatio materialis est reflexibilitas unius ad aliud v.g. reflexibilitas patris ad filium, patris ad filium proprius obedientia utriusque communis

Relatio formalis est actualis accordo et reflexus unius ad aliud.

Quocirca primo arguitur relatio realis mentalis secundo arguitur relatio transcendentalis et categorica, tertio arguitur relatio materialis et formalis.

Conclusio 1ª

Dantur duales relationes mentales.

probatur 1ª pars

Nam relatio realis est ea cujus subjectum et fundamentum existunt realiter atque ideo dantur multae relationes quarum subjectum et fundamentum existunt a parte rei. v.g. relatio dei ad creaturas, patois ad filium, visus ad visibilia, intellectus ad intelligibilia ergo dantur relationes reales

probatur secunda pars

Relatio mentalis est ea cujus subjectum et fundamentum non existunt a parte rei sed tantum per mentem atque ideo dantur multae relationes quarum subjectum et fundamentum non existunt nisi per mentem v.g. generis ad genus speciei ad speciem ergo dantur relationes mentales

Conclusio secunda

Dantur relationes transcendentales dantur et categoricae.

Probatur 1ª pars

Distinguo majorem est extra nihil respectu loci in quo exsistit concedo majorem respectu alterius in quo nondum exsistit nego majorem.

Instabis effectus jam corruptus non potest iterum corrumpi nihil prius producatur, ergo a pari effectus jam productus iterum non potest produci nisi prius corruptum fuerit.

Nego consequentiam, disparitas est quod effectus jam corruptus non amplius habeat existentiam quam prius habuit non possit perdere, nisi prius eam recipiat; at vero effectus jam alibi existens potest adhuc deinceps existere tam respectu alterius loci quam nisi prius non

Dices 3.° unum singulare non potest fieri multa aliàs esset unum et non unum absque effectu
in pluribus cùm existat unum singulare fiunt multa ergo &c.
Distinguo majorem unum singulare non potest fieri multa ratione naturæ concedo maj
ratione loci:
Instabis inde sequestratus ex uno homine integro non fieri posse exercitum absurdum consequens &c.
Nego majorem deus plura potuit facere quam nos possumus concipere.
Dices Denique ea distinguuntur realiter quæ separantur aliqui ens existens nonus separatus a
reliquo existente patet ergo &c.
Distinguo majorem ea distinguuntur realiter quæ possunt separari quo ad subsistentiam
concedo majorem quo ad locum nego majorem.

Caput quartum
De
proprietatibus entis.

Proprietas est attributum ab essentia necessario profluens. proprietates vel sunt absolutæ vel relativæ. proprietates absolutæ sunt illæ quæ competunt enti quilibet in se spectato sine ordine ad aliud ex unitas. proprietates relativæ sunt ex quæ competunt duobus entibus simul, ut oppositio, similitudo, aut uni spectato in ordine ad aliud quod entia de his ex illis hæc subintelligenda sunt.
Unitas est indivisio rei in se et divisio a quolibet alio.
Veritas entis est conformitas illius cum principio suæ intrinsici.
Bonitas entis seu absoluta bonitas est illius integritas sive perfectio seu complexio omnium attributorum essentialium, et ejus proprietates absolutæ sunt quia dici entia sine ordine ad aliud conveniunt. proprietates relativæ fluxæ necessariæ possunt ut nimirum relatio, ordo seu connexio entis a seu diversitas, conjunctio et separatio, separabilitas et inseparabilitas, compatibilitas et incompatibilitas seu oppositio quæ vel est contradictoria vel privativa, vel relativa vel contraria
Nihil autem disputandum occurrit circa proprietates entis absolutas vel relativas nihil circa distinctionem et unitatem graduum metaphysicorum, nam quoniam solum philosophi primo ente unum gradus metaphysici in uno individuo distinguuntur; secundo ente unum gradus communes pluribus individuis idem sunt. itaque duplex erit articulus primus de gradibus metaphysicis, alter de communibus attributis

articulus primus
De
Gradibus metaphysicis

Attributa quæ rei cuilibet essentialia sunt illius gradus dicuntur quia per eorum cognitionem veluti per gradus ad rem intelligendam pervenimus cùm autem abstracto nomine exprimuntur, gradus metaphysici vocantur. tunc enim attributa illa a suis subjectis veluti abstracta concipiuntur et per mentem sic præcisum est et abstractum, metaphysicum dicitur.
Cum igitur ens sit essentia pressi jam intus gradus metaphysicos locum tueantur, de illis agi potest

ex quo si quomodo unus se distinguantur.

Priusquam nostram de hac questione sententiam exponamus de variis distinctionum speciebus videndum.

Quamuis nemo sit qui optime non intelligat quid sit unitas ergo quid sit distinctio philosophi tamen utilius quae definitiones nobis definitis clariores sint quilibet videtur quidam.

Distinctio definitur identitatis negatio. Hinc ex quod ea distinctio dicuntur quae plura sunt seu quae non sunt quid unum eridem duplex assignatur distinctio alterum rationis, reale alterum

Distinctio rationis ex ea quae per solam cogitationem existit quare ea dicuntur distingui ratione quae licet sint quid unum eridem concipiuntur tamen ut multa, in ea enim fundum solent justitia et misericordia divina quae quamvis in se indistinctissima unum tamen concipi assuescunt. Duplex distinguitur distinctio rationis, alterum rationis ratiocinantis alterum vero rationis ratiocinatae dicitur.

Distinctio rationis ratiocinantis ex ea quae fit a mente fine fundamento tali esse ea quae homo distinguere dicitur ab animali rationali.

Distinctio rationis ratiocinatae ex ea quae fit a mente cum fundamento tali est ea quae datum esse unum videtur quae solutum in duram et vivo tetum quia cera cum liquefacit.

Distinctio realis ex ea quae existit remine cogitante quare quae multa sunt seu quae sunt unum et unum videntur a mente nostra realiter distinguit dicuntur. Haec distinctio duplex est major et minor

Distinctio realis majoris ex ea quae separatim inter illa quae separatim possunt existere tali est haec distinctio duarum substantiarum, mentis creatae, cogitationis et extensionis.

Distinctio realis minoris quae est inter duo quae unum sunt sine altero existere potest, sed non vice versa; talis est distinctio quae est inter unum et illius modum, cogitatio cum et illius substantiam.

Praeter hanc distinctionis speciem alia admittitur a Squotistis quam formalem vocant, fatentur Squotistae essentialia Dei alicuius attributa bonitatem v.g. in Deo, per se invicem a se mutuo segregari non posse sed contendunt attributa illa inter quamlibet mentis cogitationem non minus a parte rei distingui quam natura et quod natura in corpore distinguitur Cum hoc tamen discrimine quod natura et quod natura sint formae sine quibus non modo corpus esse potest sed quae etiam sine se mutuo possunt existere attributa vero essentialia cum re ad quam pertinent ita sunt conjuncta ut nec sine se invicem nec sine illa sine qua existere possit. Haec distinctio formalis a Squotistis dicitur quia in hominis attributum, modus, formae apud eos nimium sunt.

Nemo dubitat quin sine modi intus quae admittenda sit distinctio formalis sed disputatur an talis distinctio intus essentialia Dei simplicis attributa admittenda sit seu quod Deus ex se simplex proter attributum primarium sint alia attributa a primario distincta per quae Deus simplex capax fiat omnium effectuum quos producit omnium

Modo unum quos Reci pit ut autem nostra de hac quaestione in metaphisicis maxime momenti sententia intelligatur sit

Conclusio 1ª

Essentialia Rei simplicis, mentis Vg et materia attributa independentia a mente nostra non distinguuntur Rei autem simplicis nomina non intelligimus cum quos partibus Carent fidiam quos ex subiectantis diversa Speciei non componitur qualis est homo qui constat mente et corpore

Probatur. illa non distinguuntur independentia a mente nostra quae nemine cogitante non sunt unum et unum Sed ut loquuntur Scotistae formalitas et formalitas atqui essentialia simplicis Rei attributa ut sic et nemine cogitante non sunt unum et unum nec una est una formalitas. Deus enim esto quod unum de cuius liber Rei simplicis attributi essentialibus ac de exclusione divisibilitatis, figurabilitatis, et imperceptibilitate materiae in statu naturali considerata atque divisibilitas, imperceptibilitas, figurabilitas, materia in se spectatae non sunt unum et unum nec una est una formalitas Si enim divisibilitas, imperceptibilitas et figurabilitas diversimode tantum concipiuntur habita ratione eorum cum quibus comparantur in se spectata non sunt unum et unum, nec una est una formalitas; atqui Res ita est, ubi enim materia sive quod Deus est de exclusa comparatur cum corporibus quae ex loco suo excludit dicitur impenetrabilis ubi ratione partium ex quibus constat spectatus tunc divisibilis effectus et figurabilis Sed non concipimus eam per unum attributum esse divisibilem per aliud esse impenetrabilem per aliud figurabilem una enim et eadem extensio illius divisibilitatis impenetrabilitatis et figurabilitatis est proinde essentialia Rei simplicis attributa haud quaquam a mente non distinguuntur.

Objicies 1º quos diversimode concipimus ea realiter distinguuntur conceptuum enim diversitas certum est objectorum diversitatis signum sic mentem et corpus diversa esse judicamus quia diversis conceptibus sunt, atqui essentialia Rei simplicis attributa diversimode concipiuntur alius enim est Dei justitia, alius illius misericordia conceptus alia figura circuli alia illius rotunditatis idea ergo essentialia Rei simplicis attributa realiter diversa sunt proinde realiter distincta

Distinguo minorem. essentialia Rei simplicis attributa diversimode concipiuntur ratione effectuum tantum minorum ordinis unum comparationem; concedo minorem, ratione sui et in se spectata negominorem distinguendum est pariter consequens. Itaque essentialia Rei simplicis attributa duobus modis spectari possunt in se Scilicet extensione modorum, effectuum, ordinis unum, et comparationem effectuum quidem pertinent essentialia Rei simplicis attributa diversimode concipiuntur ratione effectuum, et ordinis unum, et diversa ratione non comparationem Si enim materiae extensio ratione partium quarum spectatus dicitur divisibilis, Si ratione corporum quae ex loco quem occupat excludit impenetrabilis, Si ratione diversorum situum

quosillius posse habere possunt figurabilis, quod autem ei accidit quatenus est figurabilis differt ab eo
ab quem producit quatenus est simpliciter abilis exclusio enim alterius corporis ex loco quem occupat
differt a figura; ab essentialia quidem rei sim. fili attributa in se absolute spectata diversi
mode non conveniunt aliud enim in materia non conveniens attributum per quod extensa sit
aliud per quod figura sit capax alius per quod capax sit duo cludendi corpora, alia ex loco quem
occupat ipso quod extensa est illorum effectuum unumquodque unus capax est.

Pariter ubi pedalis extensio comparatur cum alia extensione pedali aequalis dicitur, si cum bipedali
minor, si cum tripedali, major, esse majus, esse minus, esse aequale, differunt quidem intra se sed haec attributa
esse majus, esse minus, esse aequale figura non augunt attributa diversa ab illa extensione pedali, prae aliud
enim attributum non est majus extensione quatuor pedali, praeterquam minus extensione bipedali praeterquam
aequalis extensioni pedali sed solo quod sit pedalis, quamobrem effectus ejusdem rei simplicis attri
buta sunt quidem diversa ratione effectuum et comparationum, alius enim est usus alterius effectus
in quantitate abilitatis in materia alius effectus figurabilitatis aliud est aequalitas aliud inaequalitas
sed in se diversa non sunt, unum enim et idem attributum cum diversis tantum similis comparatum est eorum
fundamentum quae diversa sunt et diversimode concipiuntur, ex quibus non sunt in se simplici
attributa sed unum tantum quod pro variis illius effectibus aut diversis comparationibus diversa
accipit nomina.

Et certe si comparatus extensio pedalis cum dimidia sui parte duplo datus est quanta loquendi
formam ab adversalibus usurpatam duplicitatem habeat; si cum tertia, quadrupla, quintupla datus est quanta loquendi
forma, quadruplicitatem, quintuplicitatem habeat; duplicitatem quadruplicitatem, quintuplicitatem,
quae autem concipiat duplicitatem tripliciatem quadruplicitatem tot esse modos diversos existentes in ex
tensione illa bipedali nemo unus est idemsibiliter per suam extensionem nemo unum pedalem attributum
bipedalium sui partem tantam tot quadratae quanta continet ergo diversitas illa augmenti tantum diver
sitatem in titulis et comparationibus.

Sis intellectis aliis quae volumus proponi objectiones facile solvuntur.

Objicies 2° ubi representationes diversae sunt ibi objecta sunt diversa sic aequum et hominem
Minotaurum differre colligimus, ex eo quod tabella hominem exhibens ab ea differat in quae ex primitus
equum atque representationes justitiae et misericordiae divinae diversae sunt ergo justitia et miseri
cordia divina realiter differunt.

Distinguo minorem justitiae et misericordiae divinae representationes diversae sunt ratione
effectuum concedo minorem ratione sui nego minorem distinguendum est pariter consequens
itaque justitia et misericordia divinae representationes sunt quidem diversae ratione effectuum
alius enim est effectus a deo productus cum miseretur, alius cum punit, sed representationes justitiae
et misericordiae divinae in se absolute spectatae diversae non sunt summa enim perfectio est ut
deus sit capax ignoscendi et miserendi quem admodum quaeque vitia effectus imo actus ipsi diversi sunt
ubi judex aequissimus absolvit insontes poenas quae nocentibus infligit sicuti tamen eorum tantus voluntas
unicuique quod suum est tribuendi sic quod idem est justitia effectuum illorum est principium
quamobrem misericordia et justitia divina diversae equidem sunt ratione effectuum sed diversae
non sunt ratione sui in hoc falluntur adversarii quod existiment denominationes diversas attributa
in rebus quibus tribuuntur diversa semper arguere sed ex hoc errore facile emergent si attendant
effectuum et comparationum multiplicitatem ad id sufficere sic quidem aequissimus proprie integritatem

solum dicitur existimatur, utimperatus, amatus, invisus, cum enim existimamus Bonis utimperamur Malis, illum amamus innocentes, et nocentes eum odimus, sol proficiendo attributum vel encontrabitur in justificâ dicitur habere vim indurandi liquefaciendi incalescendi et aliquos Rediguendi.

Objicies 3°. quae diversas habent definitiones ea nemine cogitante diversa sunt, definitio enim Rei manifestat complicat atqui essentialia ejusdem Rei attributa diversas habent definitiones alio enim modo definitur potentia divina alio modo illius Bonitas, ergo essentialia ejusdem Rei simplicis attributa realiter distinguuntur.

Distinguo minorem attributa Rei simplicis essentialia diversas habent definitiones quorum diversitas cadunt in effectus vel Relationes concedo minorem quorum diversitas cadit in attributa ipsa seu potius in attributum Rei intrinsecum nego minorem consequentiam eodem modo distinguo potest, itaque Rei simplicis attributa seu potius illius attributum diversas habent definitiones Ratione effectuum; quemadmodum attributa definitur vel solis Rationem individuali attributa Rationem Lique faciendi esse Sed attributa ejusdem Rei simplicis diversas non habent definitiones Rationes sui ubi enim proponitur cur Res aliqua simplex horum et illorum modorum aut effectuum Capax sit, Cur v.g. corpus capax sit diversas aut figuras alia corpora ex loco quem occupant excludens alia non occurrit Ratio, non aliud fundamentum quam illius extensio: quemadmodum eadem corporis quantitas est causa cur inaequalis, aliter major, alio minus celeriter aequaliter singulis attributa diversa sunt Rationem modorum, effectuum, circumparationum id est modi quos Res illa accipere, effectus quos producere potest sunt diversi sed unum tantum est attributum quod illorum modorum et effectuum fundamentum sit.

Objicies 4°. Longitudo in corpore distinguitur a Latitudine, haec vero a profunditate, atqui longitudo, latitudo, et profunditas sunt eadem extensio ergo essentialia Rei attributa simplicis realiter distinguuntur.

Nego majorem quia sunt enim idem attributum Rationem diversorum locorum successive tantum realiter non distinguitur atqui Longitudo, latitudo, et profunditas sunt eadem extensio Rationem locorum diversorum successive tantum ubi enim consideratur extensio Rationem locorum Seu duorum corporum eadem magnitudinem non altero ditior ergo unum distantiam metimur longitudo seu linea dicitur ubi consideratur Rationem duorum corporum in quibus longitudo sola consideratur ergo unum distantia est mensura dicitur superficies, ubi vero consideratur Rationem duorum corporum ergo unum latitudo consideratur ergo unum distantia est mensura vocatur profunditas ergo longitudo latitudo et profunditas realiter non distinguuntur.

Instabis ea distinguuntur quorum unum sine altero concipitur atqui longitudo concipitur sine superficie haec vero sine profunditate ergo realiter distinguuntur.

Distinguo majorem ea realiter distinguuntur quorum unum sine altero concipitur sui Rationem concedo majorem Rationem locorum unum nego majorem, distinguo pariter minorem longitudo concipitur sine superficie Rationem locorum unum concedo minorem, Rationem sui nego

Illorum ergo aequalitas aut aliaque ea distinguitur Realitas quorum unum sine alio concipitur
Ratione rei sed ex eo quod unum sine alio concipiatur Ratione tamen non inde non sequitur haec
Realitas vitio se distingui sed tantum debere mente distinctas. porro longitudo
sine superficie concipitur Ratione tamen non longitudinis enim tamen concipitur absque
do ab eorum extensione et partibus tamen vero superficiei abstrahendo ab eorum latitudine,
sed longitudo non concipitur Ratione rei sine latitudine; si enim pergendo naturam extensionis
quae longitudo dicitur nullatenus concipi potest cum latitudine carere, longitudo non concipitur
Ratione rei sine latitudine aliqui pergendo extensionem quae longitudo dicitur cum latitudine
carere non posse concipimus, haec est quod mathematici ipsi concipiant superficiem exaggre
gatum ex multis lineis quod fieri non posset si quaelibet linea nisi a spatio latitudine careret
quod enim latum non est atteri additum quod latitudine quoque careat aliquid quod latum sit
non componet ergo longitudo latitudo et profunditas sine ullo omnem Ratione se non concipiun
tur.

Ex his facile colligitur metaphisicos rei simplicis gradus nec majoris nec minoris nec forma
li distinctione distingui sed majoris facilitatis causa sit

Conclusio 2ª.

Metaphisici ejusdem rei simplicis gradus distinctione Realis majoris non distinguntur.

Probatur. distinctio realis major est ea quae reperitur inter duas res vel duas vel duos
modum unius substantiae et modum alterius. atqui gradus metaphisici ejusdem rei simplicis
non sunt duae res vel duae substantiae unus modi. si enim substantialitas in mente v.g.
cogitatio duae essent res una non esset substantia simplex sed aggregatum ex multis sub
stantiis quod est contra hipothesim.

Adde quod vacuo potius ex vacuo inducendum ab ente.

Ex his facile colligitur duas substantias unum modum non esse ergo distinctione realis ma
jori non distinguuntur

Conclusio tertia

Metaphisici gradus ejusdem rei simplicis non distinguuntur realis distinctione minore

Probatur distinctio realis minor est ea quae reperitur inter ea quorum unum potest esse
sine altero sed non vice versa talis est distinctio quae reperitur inter cetam illius quae rotundi talum.
atqui gradus metaphisici rei simplicis sunt inseparabiles mentis enim substantialitas cujus
cogitatio figura circuli cujus rotunditas separari nequeunt ergo metaphisici rei simplicis gradus
distinctione Reali minore propter se non distinguuntur.

Conclusio quarta * * * * *

Metaphisici Gradus ejusdem rei simplicis formaliter non distinguuntur ex dicta aequalitate

Probatur. distinguuntur Realiter quae sunt forma et forma, modus et modus, atqui
gradus ejusdem rei simplicis attributa non sunt forma et forma, modus et modus, essentia
lia enim rei simplicis attributa nihil aliud sunt quam id per quod essentialiter est capax di
versos recipiendi modos, vel aviorem producendi effectus sic intellectualitas, mobilitas, figu

dabilitas in materia nihil aliud sunt quam id, per quod essentia aliter capax est excludendi aliam materiae partem ex loco quem occupat, figurabilitas, et mobilitas nihil aliud sunt quam id per quod natum est figuram recipiendi capax aliqui res simplex essentia aliter capax non sit fluere modo recipiendi, fluere producendi effectus vel fluere formas. id probatur quia fuit de ratione mobilitatis et figurabilitatis materiae id indicatum quoque fuit de deo qui per summam facilitatem solam capax est creandi, flectendi &c meam mentem per solam cogitationem fruitam capax est non modo recipiendi ens volendi sed etiam imaginandi, audiendi, videndi floribus aliisque suis ornandi ergo metaphysici res simplicis formaliter non distinguuntur.

Et certe si ens ipso quod res simplex attributum quo constituitur habet omnemodo quo verum essentialiter capax concipitur, percipere potest, omnesque effectus ad quos potest extendi producere. essentialia rei simplicis attributa non sunt forma et forma modus et modus, attributa illa enim nihil aliud sunt quam id per quod modo vnum illo vnum et illo vnum effectuum capax concipitur, aliqui ipso quod res simplex attributa est attributo quo constituitur, modos omnes quo vnum essentialiter capax concipitur recipere potest et effectus ad quos potest extendi producere. hinc est enim quod capacitates illae ex primo illo attributo necessario fluere dicantur, quod idem est ac si affectus ex potentia, capacitates illas in re illa degeneri: ergo essentialia rei simplicis attributa non sunt forma et forma modus et modus.

Objicies si substantialitas in materia ab extensione enim mente a cogitatione, vg distinguitur, essentialia rei simplicis attributa sunt forma et forma aliqui substantialitas in materia ab extensione, et in mente a cogitatione distinguitur, mens enim et materia primo concipiuntur ut substantiae quam hae extensa, illa vero cogitans percipiatur, ergo essentialia rei simplicis attributa sunt forma et forma, modus et modus.

Nego minorem. si enim substantialitas in materia realiter ab extensione distinguetur, substantialitas illa generica esset vel specifica aliqui substantialitas illa materia nec generica nec specifica dici posset, non specifica, et eam enim materia rationem actus ne essentiae substantialis eam materialis proinde extensio non esset illius differentia quod est contra hypothesin. substantialitas illa generica quoque dici non posset: si enim substantialitas illa esset generica quod esset substantialitas in materia esset ejusdem naturae cum eo quod est substantialitas in mente utrumque enim ejusdem naturae substantialitatem constituerent, aliqui quod est substantialitas in materia ejusdem naturae non est cum eo quod est substantialitas in mente quod dici non potest alioquin quod est substantia in materia et quod est substantia in mente essent ejusdem naturae, proinde saltem cogitationem et extensionem recipere posset, quemadmodum ex ipso quod materia quae est in plumbo ejusdem sit naturae cum ea quae est in cera recte colligitur materiam quae nunc pariet formam habere posse amissa pariter cera formam recipere negant tamen adversarii id quod est substantia in materia cogitationem recipere posse ex eo nulla est in materia substantialitas ab extensione distincta.

Instabis extensio substantiam in quadrupliciter supponat substantialitas in materia ab extensione distinguitur. extensio enim substantiam supponere non potest quia substantialitatem supponat nulla enim concipitur substantia sine substantialitate, atqui extensio substantiam in qua

veci[illegible]atus supponit, non est enim nihili sed alicujus entis proprietas ergo extensio est substantialiter in materia distinguitur.

Nego minorem totius enim non est ratio cur extensio supponat substantiam in quâ recipiatur quam substantialitas, silentio dici posset extensionem sine nihili affectione, si substantiam non supponeret ita et substantialiter nihil affectio dicenda esset, si substantiam quæ cum recipiat non supponeret aliqui substantialitas substantiam non supponit alioquin aliquid esset in substantia antecedenter ad substantialitatem quod dici non potest ergo extensio substantiam non supponit.

Conclusio quinta

Metaphisici gradus rei simplicis realiter non distinguuntur a re cujus sunt gradus.

Probatur idem est judicium de cujuslibet rei simplicis metaphisici gradibus, ac de gradibus metaphisicæ mentis atque metaphisici mentis gradus realiter a mente non distinguuntur, silentio enim gradus metaphisici sunt substantialitas cogitatio atqui substantialitas cogitatio realiter a mente non distinguuntur. ut enim substantialitas cogitatio realiter distinguitur antecedenter ad substantialitatem cogitationem concipi debeat, quemad modum notum a corpore distingui dicimus quia corpus antecedenter ad notum concipitur atqui mens antecedenter ad substantialitatem non concipitur, ubi enim non est substantialitas ibi non est substantia, non concipitur quoque mens antecedenter ad cogitationem constituitur enim per cogitationem ergo inde est substantialitas in materia ab extensione non distinguitur ita nec a cogitatione in mente ergo metaphisici rei simplicis gradus a re cujus sunt gradus non distinguuntur

Objicies 1° quæ opponuntur distinguuntur realiter atqui metaphisici rei simplicis gradus et objecta opponuntur mens v.g. et subjectum et illius gradus sunt illius forma, forma autem et subjectum opponuntur ergo — metaphisici rei simplicis gradus ab ea realiter distinguuntur;

Nego minorem et illius probationem distinguo mens ut subjectum et metaphisici illius rei gradus sunt illius formæ si ad solitam loquendi rationem attendatur concedo probationem si ad debitum loquendi modum qui ab hominibus rerum imperitis institutus fuit, attendas nego probationem, cum enim mentem subjectum respectu graduum suorum metaphisicorum rerum dici non possit. ut enim mens eorum subjectum dici possit antecedenter ad eos concipi debeat quod fieri non potest cum pro eo constituatur.

Cette si ex hoc loquendi modo metaphisici mentis gradus inferri posset gradus metaphisicos esse formas et mentem eorum subjectum dicendum quoque esse hominem esse subjectum humanitatis atqui humanitatem vero illius formam deitatem esse dei formam atqui dici non potest humanitatem esse hominis formam, deitatem esse dei formam verum quod enim homo non concipitur antecedenter ad humanitatem nec deus aut aliquid ante deitatem, humanitas est id quod hominem, deitas est id quod deum constituit quod autem hominem constituit ab homine non distinguitur nec quod deum constituit a deo.

Multa sunt loquendi formæ quas non si quorum attendamus in errorem facile inducunt deum enim eandem esse diversas substantias et modum, modum ut substantiam significare videntur sic dicitur vestis, pannus, mensa extensio, omnes totius partes quibus loquendi modis significari videtur, pannum esse vestis modum, et mensæ extensionem esse illius modificationem dicamus vestis ipsa est pannus modus, et mensa modus extensionis, vestis enim nihil aliud est quam pannus certo modo determinatus, mensa est extensio ipsa quadam figura affecta omnes totius

partes non sunt quid distinctum a toto, sed totum ipsum.

Cum dicimus humanitatem nullatenus ab homine distingui loquimur de homine quatenus lumine naturali cognoscitur ut est persona; per enim aliter se habet in christo in quo natura humana conjuncta est cum natura divina dici enim potest christus est humanitas cum eam sustentet filius Socrate v.g. humanitas non distinguitur a Socrate, alia enim in Socrate natura non est quæ sustentet humanitatem cum nihil sit in Socrate præter mentem humanam et humanum corpus et in iis simul conjunctis Socratis humanitas constitat

Objicies 2°. actus et potentia realiter distinguntur, atqui metaphisici gradus sunt actus substantiæ ad quam pertinent, substantia vero est potentia ergo realiter ab ea distinguntur.

Distinguo majorem actus physicus et potentia physica realiter distinguntur concedo majorem actus metaphisicus et illius potentia metaphisica realiter distinguntur nego majorem distincta pariter minore nego consequentiam itaque duplex a philosophis distinguitur actus et duplex potentia actus alter physicus et actus metaphisicus, potentia physica et metaphisica. physica potentia est ea quæ existit et potest quamvis illius forma seu actus ex illa derivatus, talis est materia seu substantia extensa collata cum motu, quiete, et aliis affectionibus quibus denominatur ad hoc aut ad illud corpus naturale componendum actus physicus est ille qui jactum constituens supponit talis est motus respectu materiæ. potentia metaphisica est illa quæ totam suam essentiam habet ab actu metaphisico, actus vero metaphisicus est ille qui non supponit sed constituit suam potentiam. talis est cogitatio respectu mentis, et extensio respectu materiæ in statu naturali considerata, actus quidem physicus et potentia physica realiter distinguuntur, nullus enim est actus physicus detachi a materia sumptus, sine quo hujus et illius corporis natura esse non possit, sed potentia metaphisica et actus metaphisicus non distinguuntur ab ipsa potentia enim metaphisica totam suam essentiam habet ab actu metaphisico hinc est quod si actum metaphisicum mentis alicujus puta v.g. Petri cum suppones nulla demanabit ab ea potentia ad quam actus ille pertinet seu dicebatur.

Conclusio 6a

Essentialia Dei simplicis attributa nec re nec mente quidem distinguuntur

Probatur. Totum discrimen quod reperitur in essentialia Dei attributa comprehendi modi non in ipsa attributa quatenus sunt in se, sed in variis eorum effectus modo aut comparatione Caeterum essentialia Dei simplicis attributa in se spectata nec re nec mente quidem distinguuntur, atqui ex dicto totum discrimen quod reperitur in variis Dei simplicis attributa comprehendi modis, non in attributa ipsa, sed in variis eorum effectus modo et comparationibus cadit ergo essentialia Dei simplicis attributa in se spectata nec re nec mente quidem distinguuntur.

Conclusio 7a

In re partim spirituali partim corporea quatuor sunt gradus metaphisici corporis realiter distinguuntur a metaphisicis mentis gradibus.

Probatur. nullam rem partim spiritalem partim corpoream cognoscimus præter hominem, atqui metaphisici mentis gradus sic distinguuntur in homine a metaphisicis

Corporis gradibus quos sunt enim quidem eadem cum rebus ipsa distincte realiter distinguuntur, atqui Metaphisici mentis et corporis gradus sunt quidem eadem cum rebus ipsa distinctis, metaphisici enim mentis gradus sunt quidem eadem cum mente, et metaphisici corporis gradus sunt quidem eadem cum corpore, ut probatum fuit corpus autem et mens ipsa distinguuntur ut probabitur in metaphisica particulari ergo in homine metaphisici mentis gradus ipsa distinguuntur a metaphisici corporis gradibus.

Quæres 1° quomodo humanitas potest vg ab eo distinguatur

Respondeo ab eo ipsa non distingui cum potens ipsa a corpore pro ea mente sua simul sumptis non distinguatur

Quæres 2° quomodo humanitas distinguatur ab animalitate et rationalitate.

Respondeo ab iis simul sumptis non distingui humanitas enim ex rationalitate et animalitate velut ex partibus constat, totum autem a partibus suis collective sumptis non distinguitur ab illo quod vere sic in sua sumpta in duas quarum distinguitur id est in totum a parte.

Quæres 3° quomodo animalitas et rationalitas quæ in gradum metaphisicum humanitatem afferri solent distinguantur in eodem individuo.

Respondeo realiter distingui animalitas enim in homine est corporis potius attributum rationalitas vero est solius mentis attributum ut in phisica particulari probabitur. attributum autem mentis realiter ab attributo corporis distinguitur.

Objicies quod cum corpus sit animam includit potius corporis attributum non est atqui animalitas, corpus est animam includit est enim principium sentiendi dependenter a mente ergo animalitas potius corporis attributum non est, hoc modo probatio nostra non valet.

Nego minorem animalitas enim est attributum quod eodem modo hominibus et belluis convenit atque bestias animantes in hoc solo cum hominibus conveniunt quod corpus quibusdam organis instructum habeant probabimus enim in phisica particulari substantias ab omni materia distinctas in belluis admittendas non esse quas sentiant et cognoscant.

Ex his satis intelligitur animalitatem juxta nos non esse principium sentiendi dependenter a mente

Instabis sentire pertinet ad mentem ergo animalitas est principium sentiendi dependenter a mente

Distinguo antecedens sentire quatenus cogitare est pertinet ad mentem concedo antecedens quatenus est modus in corporis organis excitatus pertinet ad mentem nego antecedens et consequentiam. Atque hæc vox sentire maxime equivoca est non nunquam enim significat motum in cerebro aut in corporis organis excitatum non nunquam vero perceptionem et sensationem quæ motuum illorum occasione in mente excitatur si hoc secundo modo pertineret ad mentem sed ubi pro quibusdam corporis motibus sumitur ad mentem non refertur. Sic autem consideratus ad animalitatem refertur.

Objicies secundo rationalitas quatenus est metaphisicus hominis gradus est principium ratiocinandi dependenter a sensibus ergo ad mentem solam haud pertinet.

Nego antecedens et enim rationalitatis definitio ab his facta fuit philosophis secundum quos nihil est in intellectu quod prius non fuerit in sensu. Cum autem asseramus multas esse

in nobis ideas quarum objecta nostros sensus nunquam moverunt hanc definitio a nobis probari non
potest
Sed inquies Rationalitas quatenus ut metaphisicus hominis gradus differt ab angelis rationalitate
alia autem non est illius differentia nisi quod a sensibus pendeat.
Respondeo angelorum naturam lumine naturali a nobis non cognosci proinde argumenta
ab ea sumenda non esse ad conclusionem nostram impugnandam.
Praeterea angeli multis modis a mente nostra possunt differre sivi potest ut quis ab eis cognoscam
tum sine ulla ratiocinatione eis innotescant. et ut res sensibiles in eorum cognitionem longe alitèr
quam in nostram veniant. de illis autem plura dicere satius est quam quae sensibus tantum expecta
vit naturalis theologia
Objicies 3° si petoi animalitas a illius rationalitate distingueretur posset ab ea separata existere;
atqui animalitas petoi ab illius rationalitate existit separata ergo animalitas et Raalitas
realiter non distinguuntur
Nego minorem animalitas enim petoi nihil aliud est quam illius corpus quatenus quibusdam
organis ictu aut cum sanguinis spirituum animalium, musculorum et nervorum cum ope quarundam
fonctiones exercere potest a mente autem nostra non pendet ut fonctiones illas fiant ut alimenta v.g.
in ventriculo digerantur et in chylum mutentur ut chilus cum sanguine misceatur et cum eo mixtus
in cor fluat unde in omnes corporis partes diffundatur ergo animalitas petoi sive illius Raalitate
existit separata potest.
Notabis ubi est animalitas ibi est animal atqui rationalitate petoi ab illius corpore separata
animal quod ante existebat superesse non potest cujus enim speciei esset hoc animal esset ne ra
tionale an irrationale ergo petoi animalitas existens non potest ab illius rationalitate separata
Distinguo minorem rationalitate petoi ab illius corpore separata idem animal quoad totum
superesse non potest concedo minorem quoad partem nego minorem nec consequentiam. atque
separata petoi rationalitate ab illius corpore idem animal non remaneret quoad totum, una
enim ex illius partibus mens solicet ab illâ separata supponitur id idem animal remaneret animal
quoad partem id omne solicet probat quod petorus dicebatur animal remanere.
Quaeritur id quod quaeritur solicet cujusnam speciei esset animal illud.
Respondeo hoc animal idem est corpus quod ante ad petorum pertinebat nihil amplius habere
quam brutis animantibus cuncta enim adultae suae ipsum in totis cum partibus quibus corpus
hominis constat. Sed
Sed inquies ergo animal illud esset irrationale esse.
Respondeo hoc animal in se consideratum nulla habita ratione petoi cujus ante pars erat,
irrationale dici posse ut enim jam dictum est nihil amplius haberet quam bellua sola enim
ratione idem mente ab eis discrepamus

Articulus 2dus
De
Universalibus.

Quamvis multae sint questiones de quibus scholastici disputant scholasticis nullo laborem fore est

In eorum Scholis controversia magis quam questio de universalibus an vero tantum utilitatis habet quantos excitat clamores aliorum Iudicium.

In la autem expendenda hunc Scripturus ordinem prependemus primo quid Sit universale? an existat. Secundo quale Sit. quarto quotuplex Sit.

Paragraphus primus
De
Universali definitione

Universale verum multa est unum, quintuplex definitur

In causando
In Significando
In Representando
In essendo
et in praedicando.

Haec universalia in logica definita sunt.

Realia in causando Significando et Representando ab omnibus philosophis admittuntur, saltatim denim multa praeterea quaedam voces multa significare et ideas aliquas Multa Repraesentare Sed de universali in essendo et praedicando magna est inter Doctos dissensio.

Stoici et nominales universalia in essendo et praedicando negant.

Aquotistae et Thomistae in omnibus fere distinctis quaedam naturas Communes per voces Significatas et per ideas representatas admittendas esse contendunt.

Ideae inquiunt Aquotistae quae Sunt universales in Representando et voces quae Sunt universales in Significando aliquid Repraesentant et aliquid Significant adeo ut per illas Representatus et per has Significatus universale sit. Si enim singulare esset ideae illae universales non essent in Repraesentando nec voces in Significando.

Respondent nominales necessarium non esse ad ideam universalem in Representando et nomen universale in Significando constituendum Est natura universalis repraesentatus per ideam et per nomen Significatus Sed Sufficere ut idea multa singularia Repraesentet. Sicut enim Sol ex. gr. Sigillo multas in primeos figuras Sigillum illud esse universale in Repraesentando non quod figuram aliquam in universum Representaret Sed quod figuras omnes quas per illud in pressa fuissent, exhiberet.

Aquotistae et Thomistae distinctis utuntur nominalibus armis quibus cum his pugnaverunt in se mutuo concurrunt ubi enim unitas ad universale in essendo et praedicando constituendum requisita assignanda est in variis abeunt partis.

Aquotistae contendunt Sufficere unitatem quam Indifferentis Vocant quae inter multa

Thomistae contra unitatem quam indistinctionis appellant Requirunt. natura enim, inquiunt, quae distincta et multiplex in multis universale esse potest.

Sed contra Sic insurgunt Scotistae. unitas ad universale Requisita, debet posse stare cum multiplicitate ex eius unum unitas multa, atqui unitas indistinctionis cum multiplicitate stare non potest pugnat enim ut aliquid sit unum unitate indistinctionis et multiplex, ergo unitas indistinctionis ad universale non Requiritur.

Thomistae Retinquunt aut saltem distinguere possunt maiorem unitas ad universale Requisita stare debet cum inferiorum multiplicitate concedunt maiorem cum multiplicitate illius quod est universale negant maiorem distinguunt paritio minorem unitas indistinctionis stare non potest cum multiplicitate illius quod est universale concedunt minorem cum multiplicitate illius inferiorum negant minorem et consequentiam. itaque inquiunt unitas ad universale Requisita non debet cum illius inferiorum multiplicitate stare Causa Sit universalis necesse est ut plures multos producat effectus una unitate indistinctionis una nec, sed unitas ad universale Requisita stare non debet cum multiplicitate illius quod est universale multiplex enim esse non debet per unum hoc est quod nullum est universale in essendo et in praedicando multiplicitatis enim est cum inferioribus multiplicatus quod in esse existit et de his praedicatur.

Quare inquiunt ubi perpenditur ad aliquid sit universale examinandum est utrum hoc duo simul ei conuenire possint scilicet an possit esse unum et multa simul habere inferiora, si multiplicitatis illius inferioribus nihil obstat quin maneat unum universale dicitur sic quia multiplicitatis effectibus, multiplicatis indicium quod nomine aliquo significatur Causa non definit esse una nec ob hoc esse unum Causa universalis ad multa producta est et nomen universale Sed ubi multiplicitatis inferioribus multiplicatus quoque natura quae locum habet universalis dicendae esse hoc natura universalis esse non potest quare cum multiplicitatis inferioribus naturae quae dicetur universalis in essendo multiplicatus natura illa ut patet hoc quod multiplicatis hominibus multiplicatus est natura humana. universale in essendo esse non potest.

Universale in essendo et praedicando definiri solebat unum aptum inesse multis et de aliis praedicari uniuoce ad inquisitionem.

Haec definitio confusa tum examinari ab omnibus philosophis per multa saecula admissa fuit ut melius postea quicquam in dubium revocare in mentem venerit.

Sed quidam dicentur ut dubium vinctus accusatius perpensa hanc vocem diuisim ex illa definitione delendam esse comperit, si enim inquit, universale nec natione sui, nec natione differentiae unum hanc vocem diuisim requirat, ex illius definitione tollenda est, universale autem nec natione sui nec natione differentiae unum hanc vocem diuisim requisivit

Primo quidem universale hanc vocem divinum rationem non requirit aliquin omnibus universalibus conveniret quod tamen dici non potest.

Secundo rationem deficiat ab una parte universalis sed totalem hanc vocem divinum non requirit, ideo enim ab universale in Causando non requiritur quia dabi potest Causa universalis que multiplicabilis hanc sit, atqui parte dabi potest natura que multiplicabilis sit ex dabilis prædicatus que non sit multiplicabilis hanc sit natura scilicet divina que sine sui multiplicatione in toibus singulis multiplicatis existit, ergo de qualibet prædicabili potest.

Ex his colligit Scotus ipse naturam istam divinam universalem esse in essendo tota quoda ipsi qui hanc vocem divinum in definitione universalis in essendo ponunt sine ulla dicit requisit.

Cum sublime admodum sit mysterium lumine naturali non cognoscibile ex sancta fidei nostre magistoria sine potius videranda quam in questionis tam parvi momenti probationem adducenda ab hujusmodi rationibus abstinemus.

Preterea Cum liberum esse debeat philosophis has vel illas conditiones ad universalem essendo ex prædicando requirere, non video cur ab hanc vocem divinum, sit eis movenda sit modo nihil quod cum definitione ab eis facta pugnet in disputationis decursu asseramus.

Quare Cum de nomine disputare non minus liceat hanc vocem divinum addas aut detrahas modo ante monstrato.

His addo quod si lumen naturale solum consulendo nulla a nobis natura percipiatur que multiplicabilis sit ex dabilis prædicatus possit sine sui multiplicatione philosophus alius immerito videatur in definitione eiusmodi vocem non addere quod videtur solum ad casum tantum quod lumine naturali cognosci possunt rationem habuerint talegi lumen naturale solum consulendo nullam percipimus naturam que multiplicabilis sit ex dabilis prædicatus possit sine sui multiplicatione hinc est quod philosophi omnes non modo affirmant potuisse esse hominem sanum esse hominem sed etiam potuisse esse hominem sanum esse hominem, ideo etiam alius videatur quod hanc vocem divinum in definitione universalis in essendo ex prædicando posuerint.

Ex dictis sequitur thomistas unam opinionem de universali in essendo a parte rei existentia ex Scotistas unam opinionem ut ab illo philosopho prædicatus explicatus aliam enim eis habuere videatur quam guillelmus ockam Scanti cohabus esse simul posse esse vocas quamvis prima facie contradictoria videantur alii enim dicunt unde in essendo existens a parte rei negant existere dispatant asseritis. per universale enim in essendo ex prædicando nihil aliud intelligunt Scotistæ quam naturam que in multis inest similis, thomistæ vero intelligunt naturam que sit una ex eadem in multis, fieri enim potest ut natura que non sit una ex eadem in multis sitne sit

similis

Paragraphus 2dus
De
Universalib⁹ in essendo et in predicando existentia

Priusquam nostram hanc de Re tentandam proponamus observandum non hic tantum agere de Rebus creatis et ineffabili Sanctissima trinitatis mysterium non nullatenus explicandum suscipere quod ut jam diximus magnâ veneratione ab omnibus christianis credi et coli debet minime vero addici in probationem propositionum de quibus infra disputatum philosophis ita observatis sit

Conclusio 1ª

Nulla existit a parte Rei de essentiâ alicujus naturæ cognoscibilis natura quæ sit una et individua in multis Rebus Creatis.

Probatur. Dem. Si judicium de quolibet aliâ naturâ creatâ ac de naturâ humanâ atque natura humana una non est et individua a parte Rei in multis. natura enim quæ multiplex est in multis, in eis non est una et individua. multiplicatur enim unitati et individuationi opponitur atque natura humana multiplex est in multis in petro Vget in paulo natura enim petri est mens et corpus petri, natura pauli est mens et corpus pauli, atque mens petri dicendi de corpore illius non est quid unum cum mente pauli. dictum quatuor enim secludo ne sine se invicem existere possunt ergo mens petri cum non est unitate individuationis cum alterius hominis mentibus proinde nulla est in Rebus Creatis natura quæ sit una et individua in multis.

Quamvis nullius nunc philosophi sententiam propositioni nostræ contrariam tuentes, ne tamen objectiones quæ a Sapientibus proponuntur ad opinionem amammodare conantium difficile a nobis solutantur aliquas objectiones afferemus.

Objicies 1º illa natura est una in multis quæ est eadem Speciei in multis. Natura autem humana est eadem Speciei in multis.

Nego minorem Species enim hic de qua agitur est unum aptum inesse multis et de iis prædicari minore et divisim tanquam tota essentia atque natura humana non est eadem Speciei ubi Species hoc modo sumitur.

Instabis 1º Ea natura est eadem in multis Speciei quæ non est Speciei diversa eadem probatio ea Speciei non est Deo quod duo mentes diversi modo figurate non sunt inde male colligeretur eandem esse totiusque figura nulla autem est Species a parte Rei ergo male infertur naturam esse eadem Speciei quia non est Speciei

Divarro.

Instabis 1°. La natura est quidem in multis Speciei quæ non est Speciei diversæ, natura enim humana non est a parte rei Speciei diversæ

Nego majorem. Si enim nulla sit a parte rei Speciei, natura quæ non est Speciei diversa quidem proprie est Speciei non est ex eo quod duæ mentes diversimode non sint inde male colligeretur esse ubique figuram, nulla enim est Speciei a parte rei ergo male infertur naturam esse quidem Speciei quia non est Speciei diversæ.

Instabis 2°. homines quidem esse Speciei ab omnibus dicuntur ergo habet Speciem a parte rei. Verisimile enim non est ut omnes idem judicium proferendo errent.

Distinguo consequens habet a parte rei Speciem ex solutum fluere sint naturæ quæ eadem conceptibus possunt idcirco concedo consequentiam. Ita quod sit natura plena et indistincta in multis nego consequentiam. Itaque homines quidem esse Speciei dicuntur quia eorum natura eadem est conceptibus ideæ; minime vero quod natura quæ est in petro sit eadem numero cum ea quæ est in paulo fatentibus enim philosophis omnes petri et pauli naturas realiter inter se distinguit.

Hæc distinctio primo hujus objectionis syllogismo applicari potuisset et difficultas quæ tota in æquivocatione consistit statim soluta fuisset.

Instabis 3°. quæ eadem conceptibus unius dicuntur sunt quid idem ergo si natura petri et natura pauli eadem conceptibus unius dicuntur sunt quid idem.

Nego antecedens quæ sunt enim similia eadem conceptibus unius aut saltem possunt conceptibus ejusdem esse tamen non sunt quid idem sic multæ figuræ in cera impressæ eo quo impressæ fuerint sigillo representari possunt quamvis inter se distinguantur.

Objices 4°. natura quæ principia sui divisiva non includit est una atqui natura humana principia sui divisiva non includit a parte rei ergo una est a parte rei.

Nego minorem. Divisiva enim natura humana principia sunt illius differentia numerica ut petreitas v.g. paulitas. atqui natura humana petreitatem et paulitatem a parte rei nulla earum est a parte rei natura humana quæ non sit natura petri aut natura pauli. Et natura autem petri differentia illius numerica non includit ergo natura humana principia sui divisiva minime includit a parte rei.

Instabis si natura humana petreitatem includeret de singulis hominibus dici posset quod essent petri: de quolibet enim homine affirmari enim potest quod in natura humana includitur falsum consequens ergo per antecedens.

Distin. majorem. Si natura humana in genere creaturæ sub abstracta includeret petreitatem homo quilibet dici posset petrus concedo majorem si natura humana singularis sub specialis petreitatem includeret homo quilibet dici posset petrus nego majorem. Itaque si natura humana a differentia sub abstracta

Jnfluere petreitatem quilibet homo dici posset petrus nullus enim est de quo affirmari non possit quod constituit in natura humanae sic consideratus ideo; in omnibus enim similis est Sed ex eo quod natura humana singularitas est a parte rei petreitatem includat non sequitur quemlibet hominem dici posse petrum quia quod enim unum hominem sine depositum de omnibus aliis affirmari non potest.

Obdum e totam istius objectionis vim in illius obscuritate consistere illius enim auctores naturam humanam concipere videntur ut totum actuale extra suos inferiora distribuendum quod ante divisionem unum factum unum esse debet: quod autem absolute falsum est natura enim humana quae est in petro Vg. est natura quae est in paulo non sunt partes eiusdem naturae Sed quaelibet est natura quae est tota et integra. **His** add e quod ad naturae humanae multiplicitatem sufficiat ut unius hominis natura ab alterius natura distinguatur ea ipso quod unius existentia alterius existentia non existit distinguantur realiter.

Obies 3°. natura humana universalis a parte rei possibilis est ergo nulla ratione probari potest eam non existere.

destrui quæ fuerunt producta atque entia contingentes existentia fue
runt producta ergo omnia entia contingentes existentia possunt destrui.

Instãs 2°. Supposita omnium entium contingentium destructione
forent possibilia simul et impossibilia sub diverso respectu possibilia
scilicet primario qualemcumque scilicet unumquodque in suis attributis
repugnantiam non involvet et impossibilia secundario qualemcumque
existentiam ab alio ente non possunt existere exigere atque illud nulla
tus repugnat ergo &c

Nego majorem et dico in ea suppositione entia contingentia fore possibilia
simul et impossibilia sub eodem respectu nempe secundario primo enim forent
impossibilia secundario ut falsum objectio secundo forent impossibilia secunda
rio non in eodem genere possibilitatis forent quo entia sunt eadem enim
essent essentia atque entia sunt possibilia secundario cum tamen existant
ergo &c

obiĕs tertio materia potuit dici ens necessarium ergo ens necessarium
non est deus.

Nego antecedens nam ens necessarium ex dictis est infinite perfectum
atque materia non est infinita perfecta nam simplicitas immutabi
litas vivacitas sunt eximiæ perfectiones ergo inde ente summe
perfecto absolute atque has perfectiones excludit natura mãs

primo finitatem nam finitas non potest consistere cum partium multitudine atqui datur in materia partium multitudo ergo &c.
immutabilitatem ut supra probatum est tactio vim cogitandi nam substantia entitative multiplex non potest cogitare atqui multiplex substantia entitative multiplex ergo non potest cogitare deinde si mea cogitandi vim haberes cum vel haberes eo natura à sua vel ex diversis affectionibus et modis atqui neutrum dici potest;

Primo non ex natura sua ex sua enim natura inest ei objecta sibi inde cum tota et integra dispersatim materiae natura in quolibet corpore physico quod sit compositum physicum cogitandi vim haberet quod absurdum est secundo non ex suis affectionibus nam tales sunt positio figura materiae affectiones nempe figura motus et quies atqui ex his talibus affectionibus cogitandi vim habere non potest materia non ex figura erga inde quia sunt qualitates passivae et inertes non ex motu, nam primo motus affici ut compositi in pluribus locis successive existat nonest cogitatio secundo motus est in partes divisibiles: cogitatio autem ergo affirmatio non habet partes tactio motus non potest in figuram reflecti cogitatio ergo in figuram reflectitur ergo materia a motu cogitandi vim non habet ergo deinde quia materia non est infinita perfecta ens sequitur ergo non potest dici necessarium ens.

Instabis Si quid impedit ergo ne materia possit dici ens necessarium maxime limitatio materiae atqui haec ratio nulla est, nam essentia vel ens sunt necessaria atqui tamen effluvia vel ens sunt limitata et finita ergo ex eo quod materia sit limitata et finita non sequitur eam non esse ens necessarium.

Nego minorem propositionem syllogismi prioris et distinguo nego ens secundi essentiae vel ens sunt necessarii quo ad actu ibi tale non concesso nem. cons. nego majorem quo ad existentiam nego majorem, concessa minore distinguo consequens ergo ex eo quod materia sit limitata et finita non inde sequitur eam non esse necessariam quo ad actu ibi tale non concessum

Concedo consequentiam quoad existentiam nego consequentiam Jamvero quando intendimus ens necessarium esse infinitum perfectum intelligimus de ente necessario quoad existentiam ens necessarium quoad attributorum connexionem potest esse finitum quia potest in suo conceptu includere attributa quia quidem inter se conveniant sed tamen vera perfectionis negationem dicant sic materia necessario in suo conceptu dicit extensionem quia negat cogitationem sed ens necessarium quoad existentiam in suo conceptu nihil dicit quod excludat veram perfectionem nullus est enim vera perfectio quae repugnet enti necessario existenti.

Secunda demonstratio

Mentis nostrae cognitionem cum Corpore esse unionem

Unicuique intimo sensu innotescit se cogitare adeoque se habere principium cogitandi quod vulgo mens appellatur atqui existentia mentis nostrae necessariam habet connexionem cum existentia dei, vel enim mens nostra necessariam habet connexionem cum dei existentia vel ab ipsa existit vel existentiam accepit ab aliqua causa adeo diversa atqui mens nostra nec ab ipsa existit nec existentiam accepit ab aliqua causa a deo diversa primo quidem &c Si enim mens nostra a se ipsa existeret vel quia sibi existentiam dedisset vel quia ex natura sua necessitate eam haberet atqui neutrum dici potest non quia nemo repugnat enim ens aliquod existentiam sibi tribuere sed enim se ipso prius non dum nam quod ex natura sua necessitate existit est summe perfectum ut jam probavimus vel saltem ut dissitari non potest quilibet attributa habere debet perfectiones omnes sua natura convenientes quod enim ex natura sua necessitate existit nullam agnoscit causam aequam in suis perfectionibus limitatus quae ei quaedam tribuat perfectiones

alias vero deneges, atqui meus notio a summa perfectissimo non habet perfectiones suas naturas communicentes quia enim cognoscit multa ignoras quæ tamen sine defectu eras ergo meus humana non habet existentiam a se ipsa; secundo meus notio existentiam non accipit ab aliqua causa adeo diversa, nam meus notio existentiam suam habere non potuit nisi a causa necessario existente alioquin eadem difficultas eveniret illam causam quæ non existeret necessario illa enim causa existentiam habere debuisset ab alia causa hæc altera abstra donec tandem usque ad causam necessario existentem perveniatur ergo meus notio existentiam habere non potuit nisi a causa necessario existente atqui causa necessario existens deus est ergo enim summe perfecta ergo meus notio adeo prædita fuit proinde quæ necessariam habet connexionem cum existentia dei ergo existit deus

SECUNDO meus notio varias ex pluribus confutationes jucundas vel injucundas atqui illas omnes confutationes non potuit accipere nisi a deo, vel enim meus notio illas confutationes a deo accipit vel a corpore vel a spiritu has habet atqui primo meus notio suas confutationes a se ipsa non habet alioquin jucundas semper experiretur injucundas nunquam, secundo eas non habet a corpore meus enim suas confutationes ab eo ante accipere non potest quod nullatenus in eam agere potest atqui corpus in mentem agere nullatenus potest ergo meus notio suas confutationes nec a se ipsa habet nec a corpore ergo eas a deo accipit proinde quæ mentis confutationes probans hæ tentant dei.

TERTIO meus notio mirabili quodam nexu cum corpore conjungitur jam vero illa unio mentis cum corpore vel est a deo a se ipsa mente vel a corpore atqui primo non est a corpore corpus enim illam unionem desiderat non exigit secundo non est a se ipsa mente

Si enim illa unio a mente esset ad libitum ejus pro nutu suo eam
esse posset prorogare cessare tunc certum est ergo mentis
unio nec est a corpore nec a mente ergo est a deo proinde que unio
mentis cum corpore probat existentiam dei

Tertia Demonstratio

Petita ab idea dei

Existit in nobis idea dei atqui illa idea necessario habet connexionem
cum existentia dei ergo existit deus major fuit probatur fuit.

Probatur minor idea quae a solo deo tanquam a prima causa
produci potest necessario habet connexionem cum existentia dei atqui
idea dei a solo deo tanquam a prima causa produci potest. nam solus
deus ut potet solum ens infinite perfectum formaliter vel eminenter
continere potest perfectiones per ideam dei representatas, atqui idea
dei ab eo solo erit tanquam a prima causa produci potest quod
neutro vel formaliter continet perfectiones per ideam dei representa
tas. primo quidem causa prima idea dei continere debet perfectiones
per ideam dei representatas. Si enim nullo modo eas contineret ei
nullo modo idea dei eas habere posset tam facile concipiremus nihilum
perfectionis alicujus esse causam quam deum qui perfectiones aliquas
nullo modo continet eas altera habuero. eas enim Se habet ad perfectio
perfectionum quibus eas est ut nihilum cujuscumque perfectionis
ad ens ergo primo &c Secundo debet eas continere formaliter vel
eminenter perfectiones per ideam dei representatas. nam causa
prima idea dei debet vel formaliter vel eminenter perfectiones per
ideam dei representatas continere vel representare tantum

atqui perfectiones medea dei comprehensa sunt representative tantum
esse non possunt in prima illius Causa. Si enim eas tantum repre
sentative haberet ideo eas representaret quavis potest unde illas
representandi vim haberet aliunde ab alio, Si ab alio,
ergo prima non esset dei Causa quod est contra hipothesim; Si
ab se quomodo perfectionum illarum representationem formare
potuisset, Si nullomodo eas contineret ergo ex Causa prima,
dei dei perfectiones nisi ea contentas representative tantum haec
non potest ergo eas continet formaliter, eminenter proinde que
idea dei a solo deo in nobis produci potuit ex consequenter nec ani
habet connexionem cum existentia dei.

Et certe quidquid continetur in clara et distincta dei alicujus idea
de illa affirmari potest hoc enim axiomate omnes quas de
rerum essentia cognitiones habemus virtualiter; ideo enim affir
mamus omnes circuli v.g radios esse inter se aequales quia in
clara et distincta illius idea, aequalitas illa comprehensa continetur
ergo claram et distinctam dei ideam entis infiniti habemus unicam
tat ex dicta existentia necessario in ea continetur nam in idea
entis infiniti continetur omnis vera et proprie dicta perfectio
atqui existentia actualis necessaria est vera et proprie dicta
perfectio imo foret haberi potest et radix omnium perfectionum
ergo existentia actualis necessario in idea entis infiniti continetur.

Praterea possibilitas in idea entis infiniti includitur, non posset enim
haberi idea dei impossibilis atqui possibilitas in ente infinito necessa
riam arguit existentiam, ad hoc enim sufficit quod si ens infinitum
possibile esse nec necessario existeret, foret possibile simul et impossi
bile 1° foret possibile ex hipothesi secundo foret impossibile illud enim
est impossibile quod in sua existentia contradictionem involvit atqui

ens infinitum ni sua existentia entoadsetionem involuit foret enim inde pendens simul et dependens independens ut pote ens infinite perfectum, dependens, pendere enim abeo aquo existentiam accepisset ergo Deus in finitum possibile esset nec necessario existeret foret possibile simul et impossibile proinde que existentia actualis et necessaria in idea entis infiniti seu dei includitur ergo &c.

Obies a statu ideali ad statum realem non valet consecutio atqui quando concluditur deum existere ex eo quod in ejus idea includitur existentia concluditur a statu ideali ad statum realem ergo &c.

Nego majorem ut enim a statu ideali ad statum realem valeat consecutio sufficit ut perceptio sit necessario vera et proinde necessario attenti exibeat objectum sicut est in sua atqui perceptio est necessario vera et mentis necessario objectum exibet sicuti est ut § ut proba vimus in logica ideo esti esse dicimus extensionem partibus constare rise, triangulum ni fei mentale esse figuram tribus lineis et tribus angulis constantem, circuli radios esse inter se equales quia hac ita a nobis percipiuntur. ergo a statu ideali ad statum realem valet consecutio

Arbis si a statu ideali ad statum realem valet consecutio ex eo quod in idea leonis existentia includatur existentia sequatur leonem existere atqui ex eo quod in idea leonis existentia includatur existentia non sequitur leonem existere ergo a statu ideali ad statum realem non valet consecutio

Primo nego majorem nam major supponit posse percipi leonem existentem atqui leo existens percipi non potest ad id enim foret necessarium ut in leonis idea existentia actualis comprehensa cerneretur, atqui ex ea actualis in leonis idea comprehensa cerni non potest sed tantum existentia possibilis ergo percipi non potest leo existens potest quidem judicari

Leo existens non vero percipi unde percepti meram objecti creati
nem de ejus existentia actuali certi esse non possumus sed tantum de
ejus existentia possibili

Secundo distinguo majorem si a statu ideali ad sta
tum realem valet consecutio ex eo quod in idea leonis existentis includatur
existentia sequeretur leonem existentem existere concedo majorem sequere
tur leonem simpliciter existere nego majorem distinguo minorem eandem
consequentiam equidem si actualis ideali ad statum realem valet
consecutio ex eo quod in idea leonis existentis includeretur existentia sequa
retur leonem existentem existere non vero leonem simpliciter existere
porro ex eo quod in idea leonis existentis includatur existentia male
colligetur leonem simpliciter existere, non vero leonem existentem existere
nam sensus hujus propositionis leo existens existit est ista leo existens
hypothesi quod existat existit. atqui vera est haec propositio ergo
quemadmodum ex eo quod existentia in idea globi moti includatur, male quidem
inferetur globum existere bene vero globum motum existere. Vera
est enim haec propositio globus motus existit quia sensus illius est
globus ex hypothesi quod moveatur existit. quod autem valeat paralo
gismus quia sicut motus globo est accidentalis ita et existentia leoni.

Obiect°. haec axioma quidquid in idea clara et distincta continetur
tantum ubi de rei essentia aut proprietatibus ex ea necessario fluen
tibus agitur. atqui existentia proprietas non est sed conditio ad
proprietates requisita. in toto enim seu proprietatum enume
ratione nulla fit illius existentiae mentio ergo &c.

Nego minorem existentia enim necessario deo minus essentialis
non est quam simplicitas dei cogitanti. Sicut enim simplicitas
primarium dei cogitantis conceptum ingreditur ita et existentia
necessaria primarium entis infiniti conceptum. in rebus creatis
vero existentia eis est essentialis, non quidem existentia necessaria
sed contingens et possibilis. deo autem in toto complexu proprietatum
enumeratione nulla fit mentio existentiae possibilis quia est

proprietas nihil communis ex aqualibet Natura percipitur sicut cognitus
existentia possibilis potest de de aqualibet creata affirmari quia
in ejus de ea includitur sto ex existentia necessaria deo cum in ejus
de ea includatur.

Et Certe si nulla res prater deum cum existentia necessaria possit
concipi non per mentis nostra fictionem deus necessario existens concipitur
sed quia talis est ejus natura alio quin quid impediret posset ne
similem existentiam aliis rebus attingeremus. atqui nulla res prater
deum cum existentia necessaria concipi potest. siquis enim asserat
vel se corpus perfectissimum et necessario existens percipere sedula
facta attentione deprehenderet tale a se corpus non percipi cui
enim corporis proprietate expenderet ea non modo cum existentia
necessaria et omnibus aliis perfectionibus infinitis connexas
non percipere sed contra cum eis pugnantes concipere ergo
deum ut existentem non percipimus quia existentiam illi attingimus
sed quia ei vere et essentialiter convenit. proinde que &c

Instbis ex dictis sequitur tantum deum ex hypothesi quod existat
necessario existere ergo &c

Nego antecedens si enim existentia necessaria deo absolute
conveniat non vero hypothetice deus non tantum necessario exis
tit ex hypothesi quod existat atqui ex dicti sequitur existentiam
necessariam deo absolute convenire non vero hypothetice. quod
enim convenit essentialiter absolute convenit non vero hypothet
ce atqui existentia necessaria deo essentialiter convenit ergo &c
proinde que &c

Obiis tertio nostra probatio supponit existentiam nihil aliam
ei qualibet dea dei clara existentia contineri. atqui illud falsum
est ergo &c.

Nego minorem nam deus est ens perfectissimum atqui existentia
nam id in qualibet entis perfectissimi idea clara atque distincta continetur
Ergo &c
Instabis Si existentia necessaria in qualibet idea dei clara et distincta
continetur certe quia est vera et propria dicta perfectio, atqui hæc
datio nulla est idea enim dei nobis quidem cuilibet ens omnes per-
fectiones continens non vero singulas illius entis perfectiones expli-
Disquo maiorem quia est vera et propria dicta perfectio prima
via et omnibus obuia concedo maiorem demota esse quia est vera
perfectio simpliciter nego maiorem eq̃dem &c

Corollarium primum

Ex dictis sequitur hanc propositionem deus existit esse per se
tam quo ad nos quod ut intelligatur

Obvandum est primo propositionem dupliciter modo posse
cognosci nempe per se et per aliud illa propositio dicitur nota
per aliud cuius attributum continenter connexum subjecto. illa
propositio dicitur per se nota cuius attributum necessario con-
nexum subjecto.

Obdum est secundo propositionem per se notam aliquando
talem esse quo ad se tantum aliquando etiam quo ad nos.
illa propositio dicitur per se nota quo ad se tantum cuius
attributum quidem necessario subjecto connexum sed ut tale
sola attentione facta non intelligitur de facto idea completa
subjecti. illa propositio dicitur nota per se quo ad nos cuius
attributum necessario connexum subjecto est ut tale sola attentione facta
cognoscit. ex observatis notatum ex dictis hanc
propositionem deus existit, esse per se notam quo ad nos

Illa propositio merito dici potest per se nota quoad nos cuyus attributum necessario subjecto convenit et ut tale sola attentio ne facta immoteret. atqui tale est hujus propositionis attributum. primo necessario subjecto convenit, deus enim vi sua essentiae et naturae existit. secundo sola attentione facta illud deprehenditur. ad hoc enim sufficit quod non possit deus percipi quin percipiatur actu existens atqui deus percipi non potest quin percipiatur actu existens, deus enim percipi non potest quin percipiatur ut ens summa perfectum quo nihil melius et perfectius excogitari potest atqui ens non potest percipi quin simul percipiatur actu existens primo quia ens actu existens melius est ens perfectius actu non existente 2° quia hujusmodi entis omnes in dicit perfectiones atqui existentia actualis est summa et primaria perfectio. ergo &c. proinde quae haec propositio deus existit est per se nota quo ad nos.

Obies Si praedicta propositio esset per se nota quo ad nos frustra essent et inutiles omnes existentiae dei demonstrationes frustra enim demonstratur veritas per se clara et perspicua atqui illud dici nequit ergo &c.

Disquo majorem Superfluae forent et inutiles omnes existentiae dei demonstrationes dempto actu eorum qui ideam subjecti et attributi hujus propositionis sedulo attendunt concedo majorem dempto eorum qui ex praeiudicatis affectibus eruptionibus ad eam non attendunt nego majorem distinguo similiter minorem et nego consequentiam.

Corollarium 2um.

Secundo Sequitur dei existentiam ab iis qui demonstrationes

possimus ninimibilitatis ignorari non posse, ea enim sola ninimibilitas ignorare dicentur ad quorum cognitionem comparandam nullo suppetunt media, atqui nullus est modo sit rationis compos qui media ad cognitionem dei comparandam non suppetant, facta enim ad ipsum attentione certe infinitum deprehendit ex qua et ex mentis suae existentia eum infinitum existere inferre potest, immo vero omnes quae sub sensus cadunt deum illam sustinere et validissima dei existentiae argumenta suppeditare possunt.

Vnicuique etiam facile erit colligere existentiam dei posse demonstrari a simultaneo, etenim demonstratio ab idea dei petita sub ea respectu considerata sub quo existentia dei demonstratus ex eo quod in dei idea contineatur est vera demonstratio a simultaneo ut patet ex definitione demonstrationis a simultaneo supra allata.

articulus quartus

De . . . . . .

Variis athaeorum sistematibus

Duplex praesertim confictum est sistema ut explicaretur qua ratione haec verum universum sit vel esse possit sine praepotente numine quod omnia creaverit et providâ suâ administret. multi veteres epicurei solam admittebant materiam et dei deve supremae intelligentiae existentiam negabant. hi mentionibus sui nostra deum quidem verbis confitebantur at re ipsa eumdem tollit. utrumque sistema exponemus et refellemus.

Epicuri Sistema exponitur

Die 15 aprilis 1742

Haec sunt ejus principia, primo ex nihilo nihil fit et nihil potest in nihilum remoti unde creatio et annihilatio repugnant. secundo dico sunt vera omnium principia Solida atomi et inane seu vacuum. atomi ab Epicuro definiuntur corpuscula extensa et indivisibilia et juxta eum sunt aeterna, increata, numero infinita, et ultra omnem imaginationem exigua, vacuum vero definit Spatium immensum in quo atomi ab aeterno moventur, quod Spatium neque est ens neque modus entis. Motio quatuor proprietates cuilibet et atomo adscribit Solidam indivisibilitatem, figuram, gravitatem et motum. atomorum indivisibilitatem repetat ex eo quod ultra illarum partes nulla detur intellectibiles. — figura praesertim quadruplici eas donat nempe Spherica, pyramidali oblonga et triangulari. gravitatem et motum esse quid atomis essentiale affirmat, motum atomorum duplicem distinguit alium naturalem seu directum quo atomi juxta lineas ductas feruntur, alium vero reflexum et declinationis quo atomi in se mutuo incurrentes a linea recta deflectere conantur. his Naturae principiis sic suum Systema confici — Epicurus et orbis universi formationem explicat. atomi infinita numero ab aeterno in Spatio immenso motae ut se invicem incurrere debuerant, et ob figurarum diversitatem sibi mutuo adhaerere.

Illud autem fieri non potuit quin exurgeret quaedam cuilibet atomo unum Speciale dispositio. haec autem atomorum dispositio est ipse mundus sensibilis quem contuemur in mundo enim non deprehenditur nisi atomi certo quodam modo inter se dispositae quod enim ad

substantias cogitantes spectat eas constare dicit ex eisdem atomis variis motibus in se invicem actis. talis fuit secta epicureorum formatisse atomistica mundi.

Refellitur epicuri sistema

Sisthema epicuri falsum est, male cohaerens erabsurdum.

Probatur prima pars illud sistema est falsum cujus principia sunt falsa atqui principia sistematis epicuri sunt falsa nam supponit epicurus primo atomos esse atomas et invicem a se mobiles et existere vacuum in quo atomi moveantur quod neque sit ens neque modus entis atqui haec omnia falsa sunt. primum quidem alioquin unaquaque atomus foret ens necessarium quod supra probavimus depugnare. secundum etiam atomi enim sibi motum dare non potuerunt, aliunde ei essentialis dici non potest alioquin illum nunquam amittere potuisset quod necessarium supponit epicurus ad orbis universi formationem. tertium denique depugnat quod enim neque est ens neque modus entis nihil est proinde a quo eas habere non potest proprietates positivas quas suo vacuo assignat epicurus neque ut existat et in quo atomi moveantur. ergo principia epicuri primo sunt falsa. proinde quae sistema epicuri est falsum

Probatur secunda pars illud sistema est male cohaerens cujus principia sibi contradicunt atqui principia systematis Epicuri sibi contradicunt, nam primo supponit epicurus atomos esse corpuscula exigua et invisibilia atqui haec duo sibi contradicunt; adhoc enim sufficit quod omne exiguum sit divisibile. atqui omne exiguum est divisibile. quod enim est exiguum habet partes substantiales a se invicem distinctas et independentes, atqui quod quid habet hujusmodi partes est divisibile, partes enim a se invicem distinctae et independentes possunt separari ergo &c. secundo supponit atomos esse numero infinitas et nihilominus dari vacuum immensum atqui haec duo manifeste sunt pugnantia, ibi

enim vacuum immensum esse nequit ubi sunt corpora numero infinita quae omnia spatia possunt replere atqui &c ergo &c tertio supponit motum athomi esse essentialem et tamen hunc motum sibi adhaerendo perdidisse. atqui haec duo etiam opponuntur. quod enim Dei essentia est illud ab ea datur ab alio non potest ergo &c. proinde quae malecohaerens est epicuri Systema.

Probatur tertia pars ex epicuri Systemate sequitur mirabilem qui in mundo deprehenditur ordinem substituere athomorum coetum fuisse absurdum. atqui tam apta est mundi partium dispositio, ordo tam elegans tantus in summa varietate harmonia ut prorsus absurdum sit naturae opus tantae artificiosis casus adscribere. certe quae casu fiunt ea vix per aliquod tempus percipiuntur. Sed casu absolutus quoque et perennat. atqui tamen ex suis ad minimum annorum millia ex quibus mundus iste conditus dum permanet ergo &c. proinde quae &c.

Obies motus athomorum fortuitus potest efficere totum aliquod mundo nostro non absimile. nam motus athomorum fortuitus potest efficere quamlibet compositionem athomorum possibilem ergo et potest totum aliquod efficere mundo nostro non absimile quod nihil aliud est quam una ex compositionibus athomorum possibilibus.

Primo nego antecedens tanquam falso supponens. etenim supponit athomos existere et moveri independenter ab ente summe potente quod id existentiam et motum dederit. atqui falsum est athomos existere et moveri independenter ab ente summe potente quod id existentiam et motum dederit ergo &c.

Secundo distinguo antecedens motus athomorum fortuitus potest efficere quamlibet compositionem athomorum possibilem quae die non subsistat et ato diffluat nego antecedens quae die subsistat nego antecedens et consequentiam, eqnidem &c.

Exponitur Systema Spinosæ . . . . .

Benedictus Spinoza amstelodami natus est anno millesimo sexagentesimo tricesimo tertio Religione primum pudens philologiæ et theologiæ animum applicuit tum judaicæ superstitionis pertæsus veram Religionem cognoscere et errores varios circa mosen christum, apostolos, miracula coortos quæ Religionis christianæ fundamenta evulgavit in libro cui titulus tractatus theologico politicus. postea vero in Ethica geometrica existentiam dei impugnavit mortuus est anno 1677 dicendum existentiam non impugnat sed illam speciei tenus admittit et ostendit quam tamen funditus tollit, contendit enim deum non aliud esse quam illam rerum universitatem quæ omnia complectitur adeoque non esse substantiam aliquam a corpore et mentibus humanis omnino distinctam quod ut demonstret et vetho de geometrica definitione et axiomata statuit et inde propositiones colligit. cum liber ille apud omnium manibus non sit abs re non erit demonstrationem Spinozæ verbis ipsius ex præfatione ex eo libro exstabere.

Definitiones Spinosæ

Prima per causam sui intelligo id cujus essentia involvit existentiam, sive id cujus natura non potest concipi nisi existens.

Secunda ea res dicitur in suo genere finita quæ alia ejusdem naturæ terminari potest. exempli gratia, corpus dicitur finitum quia aliud semper majus concipimus. sic cogitatio alia cogitatione terminatur. at corpus non terminatur cogitatione nec cogitatio corpore.

Tertia per substantiam intelligo id quod in se est et per se concipitur. hoc est id cujus conceptus non indiget conceptu alterius rei ex quo formari debeat.

Quarta per attributum intelligo id quod intellectus de substantia percipit tanquam quidem essentiam constituens.
Quinta per modum intelligo substantiae affectiones sive id quod in alio est per quod etiam concipitur.
Sexta per deum intelligo ens absolute infinitum, quod est substantia constans infinitis attributis quorum unumquodque aeternam infinitam essentiam exprimit.
Septima ea res libera dicitur quae ex sola suae naturae necessitate existit et ipsa sola ad agendum determinatur. necessaria autem vel potius coacta quae ab alio determinatur ad existendum et operandum certa ac determinata ratione
octava per aeternitatem intelligo ipsam existentiam quatenus ex sola rei aeternae definitione necessario sequi concipitur.

axiomata Spinosae

Primum omnia quae sunt vel in se vel in alio sunt.
Secundum cognitio effectus a cognitione causae dependet eamdem involvit.
Tertium quae nihil commune cum se invicem habent etiam per se invicem intelligi non possunt. sive conceptus unius alterius conceptum non involvit.
Quartum quidquid ut non existens potest concipi cuius essentia non involvit existentiam.

Propoones. Spinosae

Propõ prima

Substantia prior est suis affectionibus. patet ex definitione naturae

tertia est quinta.

Propositio 2ª

Duæ substantiæ diuersa attributa habentes nihil unum se commune habent. patet etiam ex definitione tertia. una quæque enim in se debet esse et per se debet concipi sine conceptu alterius non indigens.

Propositio tertia.

Quæ res nihil commune inter se habent, eas una alterius causa esse non potest.

Demonstrão

Si nihil commune cum se inuicem habent, ergo per attributa eorum nec per se inuicem possunt intelligi, adeo que per attributa secundum una alterius causa esse non potest.

Propoo quarta

Duæ, aut plures res distinctæ, nil inter se distinguuntur ex diuersitate attributorum substantiarum vel ex diuersitate earundem affectionum.

Demonstratio

Omnia quæ sunt aut in se vel in alio sunt, per antiora hoc est per definitionem tertiam et quintam ex sola intellectum nihil datur præter substantias, ejus affectiones; nihil ergo extra intellectum datur per quod plures res distingui inter se possunt præter substantias, sive quod idem est per definitionem quintam eas unam attributa earumque affectiones

Propoo 5ª

In rerum natura non possunt dari duæ aut plures substantiæ ejusdem naturæ sive attributi.

Demonstratio

Si dabuntur plures distinctae Substantiae, illae se distinguent vel ex diversitate attributorum, vel ex diversitate affectionum (seu propositionem praecedentem, Sit tantum ex diversitate attributorum concedatur ergo, non dari, nisi unam ejusdem attributi. at si ex diversitate affectionum cum Substantia Sit prior natura suis affectionibus, seu propositionem primam, deposita ergo affectionibus, et ipsa considerata, hoc est seu definitionem tertiam, et Sicuti vere considerata, non potest concipi ab alia distingui, hoc est seu propositionem praecedentem non poterunt dari plures, Sed tantum una.

Propõ 6.a

Una Substantia non potest produci ab alia Substantia.

Demonstrão

In rerum natura non possunt dari duae Substantiae ejusdem attributi, seu propositionem praecedentem hoc est seu propoõnem secundam, seu aliquid istis commune habent. ad eo que per propositionem tertiam, una attributi causa esse nequit, sive una ab alia non potest produci.

Corollarium

Hinc Sequitur Substantiam ab alio seu duci non posse. nam in rerum natura nihil datur praeter Substantias, earumque affectiones ut patet ex axiomate primo et definitione tertia ergo seu aliqui a Substantia produci non potest. seu praecedentem propositionem, ergo Substantia absolute ab alio produci non potest.

Demonstratur aliter quidem facilius ex absurdo contradictorio

nam Si Substantia posset ab alio produci, ejus cognitio a cognitione sui causa deberet pendere per actionem secundum, adeo que per demonstrationem tertiam non esset Substantia.

Propõ 7.ª

Ad naturam Substantiæ pertinet existere.

Demonstrão

Substantiæ non potest produci ab alio per corollarium propositionis precedentis existit itaque causa sui dest per definitionem primam ipsius essentia involvit necessario existentiam, sive ad ejus naturam pertinet existere.

In Scholio secundum ad propositionem octavam ait Spinoza quod si quis statuat substantiam creari simul statuat ideam falsam factam esse verum quo sane nihil absurdius concipi potest. paulo ante in eodem Scholio sic habet, si homines ad naturam Substantiæ attenderent minime de veritate 7.ª propõnis dubitarent imo hæc propositio omnibus actionem esset ex inter notiones communes numeraretur.

Propõ 8.ª

Omnis Substantia est necessario infinita.

Demonstrão

Substantia unius attributi non nisi unica existit, per propositionem quintam, et ad ejus naturam pertinet existere. per propositionem Septimam, erit ergo de ejus natura, vel finita vel infinita existere, at non finita. nam per definitionem secundam deberet terminari ab alia ejusdem naturæ, quæ etiam necessario deberet existere, per propositionem Septimam, adeo que daretur duæ Substantiæ ejusdem attributi, quod est absurdum. per propositionem quintam. existit ergo infinita.

Propõ 9.ª

Quo plus realitatis aut esse unaquæque res habet, eo plures attributa ipsi competunt

Demonstrao

Patet ex definitione quarta

Propõ 10.ª

Unumquodque unius substantiæ attributum per se concipi debet

Demonstrão

Attributum enim est id quod intellectus de substantia percipit, tanquam ejus essentiam constituens, quod definitionem quartam adeo per definitionem tertiam, per se concipi debet.

Propõ 11.ª

Deus, sive substantia constans infinitis attributis, quorum unumquodque æternam et infinitam essentiam exprimit, necessario existit.

Demonstrao

Si negas, concipe, si fieri potest, Deum non existere. ergo per axioma quartum, ejus essentia non involvit existentiam, atqui hoc per septimam propositionem est absurdum. ergo Deus necessario existit.

Propõ 12.ª

Nullum substantiæ attributum potest vere concipi ex quo sequatur, substantiam posse dividi.

Demonstrão

Partes enim in quas substantia sic concepta divideretur, vel naturam

Substantiæ detinebunt, vel non. Si primum, tum per octauam propo-
nua quæ qua pars debet esse infinita, et per propositionem sextam
causa sui, ergo per propõnem quintam, constare debet ex diuerso attributo,
adeoque ex una substantia plures constitui poterunt, quod per propõnem
sextam, est absurdum, adde quod partes per propositionem secundam nihil
commune cum suo toto haberent, et totum, quod definitionem quartam
et propositionem decimam, absque suis partibus, esse concipi posset
quod absurdum esse nemo dubitare potest. Si autem secundum quartam,
quod scilicet partes naturam substantiæ non detinebunt. ergo cum tota
substantia in æquales partes esset diuisa, naturam substantiæ amitteret,
et esse desineret, quod per propositionem septimam est absurdum.

Propoo 13ª.

Substantia absoluta infinita est indiuisibilis

Demonstratio

Si enim diuisibilis esset partes in quas diuideretur vel naturam substantiæ
absolute infinitæ detinebunt vel non. Si primum, dabuntur ergo plures
substantiæ ejusdem naturæ, quod, per propositionem quintam, est absur-
dum. Si secundum, ergo ut supra potest substantia absoluta
infinita desinere esse, quod, per propositionem undecimam, est etiam
absurdum.

Propoõ 14ª.

Præter deum nulla dari neque concipi potest substantia.

Demonstraõ

Cum deus sit ens absolute infinitum, de quo nullum attributum, q
essentiam substantiæ exprimit, negari potest, per definitionem sextam,
id que necessario existat per propositionem undecimam, si aliqua sub-
stantia præter deum daretur, ea explicari deberet per aliquod dei

attributum, sicque duæ substantiæ quidem attributi existerent, quod
per propositionem quintam est absurdum adeoque nulla substantia
extra deum dari potest, et consequenter nec etiam concipi. nam si posset
concipi, deberet necessario concipi, ut existens; atqui hoc, per primam par
tem hujus demonstrationis, est absurdum. ergo extra deum nulla dari,
neque concipi potest substantia.

Hinc clarissime sequitur primo deum esse unicum, hoc est, per sextam
definitionem, in rerum natura non, nisi unam substantiam dari, eamque
absolutam esse, sequitur secundo deum existentem esse ens cogitans, vel dei
attributa esse, vel per axioma primum, affectiones attributorum dei.

Propositio 15ª.

Quidquid est in deo est, et nihil sine deo esse, neque concipi potest.

Demonstrãõ

Praeter deum nulla datur neque concipi potest substantia, per
propositionem decimam quartam, hoc est, per definitionem tertiam,
res, quæ in se est, et per se concipitur. modi autem per definitionem
quintam sine substantia nec esse nec concipi possunt. quare hi in sola
natura divina esse, et per ipsam solam concipi possunt. atqui praeter
substantias, et modos nihil datur; per axioma primum, ergo nihil
sine deo esse, nec concipi potest.

Propõõ 16ª.

Ex necessitate divinæ naturæ, infinita infinitis modis, hoc est omnia
quæ sub intellectum infinitum cadere possunt, sequi debent.

Demonstratio

Hæc propositio uniuique manifesta esse debet si modo adhuc
attendat, quod ex data cujuscunque rei definitione plures proprietates

intellectus concipit quæ Rerum ea eadem potest, ipsa Rei essentia, unaquæque, et eo plures quo plus Realitatis Rei definitio exprimit, hoc est, quo plus Realitatis Rei definitæ essentia involvit. cum autem natura divina infinita absolute attributa habeat, per definitionem sextam, quorum etiam unumquodque infinitam essentiam in suo genere exprimit ex ejusdem ergo necessitate infinita infinitis modis hoc est, omnia, quæ sub intellectum infinitum cadere possunt, necessario sequi debent.

Propõ 17.ª

Deus ex solis naturæ suæ legibus et a nemine coactus agit.

Demonstratio

Ex sola divinæ naturæ necessitate, vel quod idem est ex solis Dei naturæ legibus, infinita absolute sequi, modo propositionem decimam sextam ostendimus. et propositionem decimam quintam demonstravimus, nihil sine Deo esse, nec concipi posse; sed omnia in Deo esse, quare nihil extra ipsum esse potest a quo ad agendum determinetur, vel cogatur, atque adeo Deus ex solis suæ naturæ legibus et a nemine coactus agit.

Propõ 18.ª

Deus est omnium Rerum causa immanens, non vero transiens.

Demonstratio

Omnia quæ sunt in Deo sunt, et per Deum concipi debent per propositionem decimam quintam quod est primum, deinde extra Deum nulla potest dari substantia, per propositionem decimam quartam, hoc est per definitionem tertiam; res, quæ extra Deum in se sit quod erat secundum. Deus ergo est omnium Rerum causa immanens non vero transiens.

omittimus 18.° alias Spinolae propositiones quia sunt alienae a praesenti argumento vel in allatis continentur. ex his quas exposui satis totum Spinozae Systema intelligitur. Scilicet continet ille; primo unicam esse in mundo Substantiam, eaque duplici modificatione donatam, extensione scilicet et cogitatione, omnia corpora ad extensionem pertinere, mentes vero ad cogitationem. Secundo illam Substantiam necessario existere, eamque omnem entitatem realitatem continere et proinde esse perfectissimam, et consequenter deum. unde juxta Spinolam deus nihil aliud est quam hic mundus universus. Hoc postquam totum Systema exponere defessi sumus, alterum ut evidentius pateat ejus absurditas;

Refellitur Spinozae Systema

Systema Spinozae falsum est male cohaerens et absurdum.

Probatur prima pars. Illud Systema est falsum quod falsis nititur principiis atqui Spinozae Systema falsis nititur principiis, nam duo primo ipsa statuit Spinoza sui Systematis principia primo unicam esse Substantiam in mundo, secundo illius Substantiae modificationes esse cogitationem et extensionem atqui utrumque falsum est. primum quidem nam juxta Spinozam datur Substantia extensa atqui dari non potest Substantia extensa quia detur multiplex Substantia. nam in substantiâ extensâ dantur partes extensionis extra se invicem positae. atqui non possunt esse partes extensionis extra se invicem positae quia detur multiplex Substantia. quoties enim Substantia non extenta substantialiter sub singulis partibus extensionis extra se invicem positis totiens dari debent multae Substantiae quae singulis illis partibus subjiciantur, partes enim extensionis existere non possunt absque subjecto primario seu absque Substantia. atqui

Substantia non potest esse tota substantialeter sub singulis extensionis partibus. ergo multiplex est admittenda substantia praeterquae non est unica in mundo substantia. Secundo falsum est extensionem et cogitationem esse modificationes unius et ejusdem substantiae ad hoc enim sufficit quod extensio subjectum entitative multiplex requirat cogitatio vero subjectum entitative unum et simplex. atqui utrumque verum est, primum quidem, nam extensio est positio partium extra partes atqui positio partium extra partes subjectum entitative multiplex requirit ergo extensio requirit subjectum entitative multiplex. 2° cogitatio postulat subjectum entitative unum et simplex ut enim dicitur se habet sciri quod sola substantia entitative una possit cogitare. atqui sola substantia entitative una potest cogitare. etenim substantia cogitans dicitur comparari, ordinari &c atqui sola substantia entitative una potest comparare; nam ad comparationem duorum requiritur ut percipiantur ab una et eadem numero substantia, sic ad comparationem doloris ex adustione orti cum dolore ex acus punctione excitatus, requiritur ut atque hic dolor ab eadem substantia percipiatur, si pertus dolorem ex adustione ortum percipiat et paulo dolorem ex acus punctione excitatum patet quod nunquam potest fieri comparatio; ergo sola substantia entitative una potest cogitare, proinde quae cogitatio et extensio non possunt esse ejusdem substantiae modificationes ergo systema Spinozae est falsum.

Probatur 2ª. pars illud systema est male cohaerens cujus diversae partes se se invicem destruunt atqui tale est Spinozae systema ut ex enumeratione quarumdam patebit. primo enim statuit Spinoza esse in mundo unicam substantiam ex propositione decima questa et aliis bene multis. atqui illa pars Spinozae systematis ab alia

Parte destructus Sed haec propositio, unica est substantia ex aliis Spinozae Systematis partibus falsa demonstratur. nam juxta Spinozam substantia est id quod in se est et per se concipitur ex definitione tertia. atqui Ex Spinoza infinita sunt quae in se sunt et per se concipiuntur, nam dantur infinita attributa diversa ex definitione sexta. atqui unumquodque attributum in se est et per se concipitur. primo in se est. quod enim non est in alio in se est ex axiomate primo. atqui attributum non est in alio; quod enim in alio est, est modus ex definitione quinta atque attributum non est modus ex definitione quarta ergo attributum in se est non in alio. Secundo unumquodque attributum per se concipitur ex propositione decima. ergo &c. proinde quae ex ipso Spinoza infinita dantur substantiae et consequentes falsum est esse unicam substantiam.

Secundo Statuit Spinoza in definitione quarta attributum substantiae esse id quod intellectus de substantia percipit et quae essentiam constituere, et in decima propositione attributum substantiae per se concipit. atqui haec duo pugnant. illud enim per se non concipitur quod concipitur per ordinem ad aliud atqui ex definitione quarta attributum debet concipi per ordinem ad aliud nempe ad substantiam cujus esse pars deprehenditur et cujus essentiam constituit, pars enim dicit ordinem ad totum constituens ad constitutum ergo definitio quarta et propositio decima secum pugnant.

Tertio Si testimonia sint verum consequentia ea per se invicem possunt intelligi quae semper quid commune habent atqui illud etiam pugnat cum decimâ propositione nam attributa substantiae quam Deum vocat Spinoza hoc saltem habent commune quod eorum unumquodque eternam et infinitam Dei essentiam exprimat ex definitione sexta ergo per se invicem conspici possunt quod est contra decimam propositionem. Proinde quae diversa Spinozae systematis partes sese invicem destruunt et consequenter male cohaerent est Spinozae Systema.

Probatur tota pars. Illud Systema est abhorrendum exquo multa sequentur statui, bonis moribus, erga publicum totam quietati prorsus contraria. atqui ex Systemate Spinozae talia sequuntur. nam cum in Systemate Spinozae Deus sit omnium quae sunt subjectum, sequitur Deum esse in circulo rotundum in quadrato angulis prominentem, benevolentem in rosa, in cadaveribus corporibus foetidum, in glacie rigentem, simul et in igne calentem, in bonis hominibus lectum, in malis horribilem, in gravissimis supplicii torqueri, flammis vindicibus subjici in seos cogitationes et actiones quae sunt res pessimae et proinde crimina et impietates non minus esse Dei modificationes quam virtutem et impietatem, ex ejus naturae necessitate, ut ipse ait Spinoza in propositione decima sexta. Sequi insuper infinita infinitis modis et proinde furta, injustitias, maledictiones, bonis publicis euersiones sicuti et eligere sapientiam justitiam, homines nequissimos sicut et probos omnia animalia etiam vilissima esse totidem

divinitatis partes, atqui nemo non videt quam haec omnia absurda sint rationi bonis moribus et publicae tranquillitati adversa ergo absurdum est et impium Spinozae systema.

Obs 1° unica est in mundo substantia, ergo male refellitur Spinozae systema.

Nego antecedens propter rationes allatas in probatione

Instabis Si darentur in mundo plures substantiae plura essent quae haberent Deum attributum nempe substantiae constitutivum. atqui non possunt esse plura quae habeant Deum. ergo &c

Disguo majorem plura essent quae haberent Deum attributum generi cum concedo majorem specificum aut numericum nego majorem. porro repugnat quidem in pluribus reperiri idem attributum numericum ut patet sed non repugnat in pluribus esse Deum attributum genericum aut specificum. homines enim plures habent Deum attributum specificum et solo attributo numerico differunt.

Instabis Si plures essent substantiae vel essent plures ob diversitatem attributorum vel ob affectionum diversitatem. atqui neutrum dici potest non primum, Si enim distinguerentur per diversitatem attributorum ergo jam non essent plures quae haberent Deum attributum. non 2dum Si enim distinguerentur per affectionum diversitatem tantum jam non distinguerentur cum substantia prior sit suis affectionibus. ergo &c

Disguo majorem Si plures essent substantiae vel essent plures ob diversitatem attributorum specificorum aut numericorum concedo majorem ob diversitatem attributorum genericorum nego majorem. porro non possunt distingui per diversitatem attributorum specificorum aut numericorum, sic triangulum et circulus non differunt per diversitatem genericorum, habent enim idem attributum genericum. sed per diversitatem attributorum specificorum. aliud enim est attributum trianguli specificum aliud circuli. pariter duo circuli non distinguuntur

per diversitatem attributorum genericorum aut specificorum Sed tantum per diversitatem attributorum numericorum duo enim circuli in omnibus intrinsecis conveniunt et solo numero differunt proindeque &c

Et Certe si valeret illud argumentum Spinoza quod palmare et demonstrationem haberet liceret sit mihi sophisma, negaretur ipsas modificationes quas unica substantia convenire assert intrinsecas non distingui. Si enim distinguerentur vel per diversitatem attributorum vel per diversitatem affectionum. atqui posita Spinoza argumentandi methodum non primum, modificationes enim illae dem habent attributum scilicet modificationis constitutivum non secundum, modificatio enim priores sui affectionibus. ergo &c.

Illud argumentum certe non valet et illud fateor cogitum Spinoza. ergo nec primum.

Obies 2°. existit substantia perfectissima atqui substantia perfectissima debet esse unica substantia ergo &c.

Nego minorem Si enim sunt modificationes quae se se abeadem substantia excludant substantia perfectissima non potest esse unica. atqui sunt modificationes quae se se excludunt ab eadem substantia, vg. cogitatio et extensio. ergo substantia perfectissima non potest esse unica.

Instabis substantia perfectissima debet omnem entis gradum in se habere. atqui non potest omnem entis gradum in se habere quin sit unica. alioquin gradum illius attributi entis in se distincti in se non contineret ergo &c

Dicquo majorem substantia perfectissima debet omnem entis gradum in se habere eminenter et virtualiter concedo majorem formaliter nego majorem distinguo minorem et nego consequentiam. illud continetur in alio formaliter quod in eo existit secundum propriam formam, illud continetur in alio eminenter et virtualiter quod ex alterius modo continetur. Sic potestas magistratus in authoritate regia continetur. ego quidem &c

Instabis substantia perfectissima debet omnes perfectiones formaliter vel

Atneve atqui quilibet entis gradus est perfectio ergo substantia perfectissima debet formaliter omnem entis gradum continere.

Dico 2° majorem substantia perfectissima deber formaliter continere omnes perfectiones veras et proprie dictas seu perfectiones simpliciter simplices concedo majorem, perfectiones impropie dictas seu simplices secundum quid nego majorem distinguo tantem minorem et negatio consequentiam. itaque perfectiones duplices sunt generis alias sunt quæ vulgo a philosophis dicuntur perfectiones simpliciter simplices aliæ quæ vocantur simplices secundum quid. perfectio simpliciter simplex est ea quæ nulla dicit limitationem seu negationem sic cogitatio est perfectio simpliciter simplex, quia nullam dicit negationem. perfectio simplex secundum quid est ea quæ dicit negationem sic extensio est perfectio simplex secundum quid quia necessario limitationem dicit. extensum enim non potest esse quin sit finita. Equidem &c

Corollarium Generale

Ex his omnibus quæ de existentia dei demonstranda diximus abunde patet sententiam nostram longe paucioribus esse atheismo naturalem sententia fundatum in unanimi rerum omnium consensu non ita atheismus quintuplex enim rerum distingui potest consensus. primus est rerum naturalium. secundus rerum supernaturalium, seu miraculorum. tertius est omnium hominum. quartus est omnium horum facultatum. quintus denique actuum omnium et scientiarum atqui omnes illi consensus conspirant ad astruendam dei existentiam.

Primo quidem natura seu compages rerum omnium, terra, aqua, ignis, &c mira vasitate, subordinatione, ordine, et consentione probant sapientiam infinitam aquæ producentis.

Secundo eandem veritatem astruunt innumera prodigia, seu

miracula de quibus differere pertinet ad theologos.

Tertio advertendum supremum aliquod numen colendum, timendum et amandum ut supra probavimus

Quarto omnes hominis facultates conscientia et mutuis agitatis animi affectionibus attenta corporis ut in vita allegata, ratio, educatio rationis inscia, propensio naturalis in bonum et decentia tantum.

Denique omnes artes et scientiae demonstrant existentiam dei. anatho mia detegens immutabilem ordinem distinctionem et varios usus diversarum corporis partium probat existere auctorem mirabilis hujus dispositionis, astronomia spectans ordinem, distantiam, et motus angulares siderum istorum omnium moderatorem existere clamat. jurisprudentia fundatur in quibusdam equitatis et justitiae principiis quae sublata existentia dei subditorum animis et mentibus denunciatoris stare neque unt. historia passim notant initium et Creationem mundi porro omnes isti consensus excludunt omnem dubitandi locum non ita est de atheismo.

Secundo atheismus subsistit omnes omnino mentes dum sententia existentiae dei docet illas omnes esse colendas. practica sententia existentiae dei imitatus omnibus quae videntur atheismus autem illis quae non concipiuntur.

Denique opinio existentiae dei rationi admodum congruit sententia atheorum libidinibus; atheismi eadem ac non imo majores solvendas habent difficultates desumptas ab aeternitate mundi, necessitate existendi, superna intelligentia et aliis perfectionibus quas tenentur tribuere materiae vidi cubus ergo et absurdus atheismus sicuti sententia vestra confutatur.

Verum ut eadem ridiculitas et absurditas in majori luce constituatur, si tamen fieri potest subjungendum aliquid de statu atheorum sive personali sive relativo.

Quaeres 1° quinam sit finis ultimus atheorum, an sit persuasionis an dubitationis, bonus an malae fidei, spei an desperationis, timoris an securitatis.

Triplex distingui potest atheorum secta alii volenter inquirere an deus sit de ipsius existentia voluntarie dubitant ita fere omnes athei. Si enim serio attenderent non negarent esse deum cujus tot sunt intra et extra nos caracteres. alii putant sibi persuasum esse nullum esse deum. alii denique secundum quod dam ex animo credunt nullum esse deum. quia nam sunt et esse debeant eorum omnium scatus ultimi patebit ex sequentibus propositionibus.

Dico primo statum personalem cujuslibet atheri esse statum pyrrhoniani, quia negans existentiam dei tam certam quam quemliber alia veritas deberet omnia in dubium revocare; et vero qui negaret istam propositionem, tabella et opus artificis esse foret pyrrhonianus, porro qui negat ordinem mundi esse signum sui ordinatoris deum negat. ergo &c.

Praeterea plures atheum nunquam se semper fisse undubio sunt professi ergo status atheri non est plenus persuasionis sed debitationis

Dico secundo statum personalem hominis qui negligit inquirere an deus sit esse statum imprudentis et stulti quia recta ratio docet inquirendum esse illud a quo pendet ordinatio totius vitae prudentis et futurae; atqui ab existentia dei pendet ordinatio totius vitae prudentis et futurae, quia pro ut dictum deum esse vel non esse instituenda est vita ergo &c.

Dico tertio statum personalem atheri esse statum malae fidei quia atheus intuetur propositiones aequaliter demonstratas et impugnatas v.g. existit architectus existit author mundi; illam admittit, hanc autem rejicit. denique mala fide agit, qui ex duabus propositionibus rejicit quae validius probatur, et infirmius impugnatur, admittit earum quae infirmius probatur vel validius impugnatur. porro atheus istam propositionem rejicit, existit deus quae profecto validioribus argumentis probatur et infirmioribus impugnatur, quam ista deus non existit?

quia circa primum propositionem proferuntur argumenta dicta et impugnantur rationibus indirectis tantum quæ nihil probant et facile solvuntur. Secunda autem probatur argumentis indirectis tantum et impugnantur rationibus insolubilibus. ergo &c.

Dico quarto Atheum personalem atheismi esse Statum timoris et desperationis. cum enim sit Status delectationis mala fidei, atheus non potest sibi ipsi dissimulare existentiam dei sufficienter demonstrari, et tam certam esse quam plurima alia quæ admittit. quantum vis ergo lætus attendat videbit quid timendum adeo voluntarie neglecto et ignorato. erit ergo in Statu timoris et desperationis.

Contra Status hominis qui dei existentiam admittit. primo est Status plenæ persuasionis quia ipsius assensus innititur rationibus evidentibus et nulla contraria quæ saltem sit alicujus momenti impugnatur. secundo ipsius Status est bonæ fidei quia assentitur propositioni quam validissime probatam intelligit. totus ipsius Status est plenus spei et serenitatis, quia a Deo Summo Bono, providendo, et justo omnia disponuntur in præsenti vitæ et omnia ab ipso in altera sunt sperandæ. quarto denique Status hominis qui admittit existentiam dei et Status spei nobilitatis relative ad originem cœlestem, hereditatem æternam et ipsum met hominem quem a terrestribus ad cœlestia transferre existentia dei.

Quæres 2°. quid Reipublicæ sit sperandum ab atheo agente cum sequatur ad sua principia ratio non possit confidere cum fidelitate satis futurum esse sui officii.

Quidam atheos negant omnem legem naturalem et justum, admittunt solam legem fortioris quæ evidenter est omnium aliarum pernicies. alii negantes Deum admittunt tamen aliquam legem naturalem.

Dico primo omnem atheum generaliter loquendo de Republica pernicium esse quia sublata existentia dei quæ est basis et fundamentum cum

legum sicut et ipsarum observantia motivum unquam habebitur ex
vero et constanti amore justitiæ

DICO 2°. atheos primi generis evidenter pernicios. esse Reipublicæ
quia in ipsis nullus amor veri et honesti, nullum absolute motivum im
pellit ipsos ad obsequendum eorum ea omnia detrahunt ab obsequio legi
bus præstando scilicet cupiditates quibus plerasque leges adversantur.

DICO 3°. atheos secundi generis exitiosos esse Reipublicæ quia amor
propriæ felicitatis, libertatis, et cupiditatis facile præponderabit amo
ri imperfecto quo forte legum Reipublicæ observantiam prosequuntur.

Econtra ea republica omnia sperare debet ab homine qui admittit
existentiam dei eragit consequenter eâdem opinionem quia deus obse
quium præstari jubet superioribus. omnis anima, inquit apostolus,
Romanorum decimo tertio potestatibus sublimioribus subdita sit, non
est enim potestas nisi a deo, quæ autem sunt a deo ordinata sunt, itaque
qui resistit potestati dei ordinationi resistit.

Caput secundum.

De naturâ dei et ejus attributis.

Quam certa et aperta supremi numinis existentia tam obscura ejus
natura sublimitas enim et excellentia naturæ divinæ ita mentis finitæ captum
superat et si quando ad divinum illum et radiantem undique solem intui
tum dirigere voluerit illius fulgore subito perstrictâ caligat, hinc est
quod multi ipsi ac theologi magni nominis pronuntiarunt eorum naturam
dei nullo modo a nobis cognosci posse saltem positive nullumque nobis
inesse dei notitiæ nisi negativam ita ut scire quidem possit quid deus non
sit v.g. deum non esse rotundum non vero quid sit positive fatear esse
hanc opinionem initio capitis præcedentis probavimus ubi de ea dei

dissentimus, ex dictis locis patet in nobis esse veram et positivam imperfectam dei denominationibus quas ad illud cognoscendum attulimus veram hic addemus qui asserunt essentiam dei a nobis nullatenus cognosci positive fatentur tamen demonstrari posse dum esse eius, atqui non videtur quo modo efficaciter possit demonstrari ens illud cuius nulla habetur dea? prius est enim scire quid sit res aliqua quam ejus existentiam affirmare hinc est quod surdi et cæci nati nunquam possent cognoscere an existant colores aut soni quia nullam habent cognitionem positivam colorum vel sonorum.

Jamvero ut in hac quæstione de natura dei evolvenda clara et distincta quantum fieri potest methodo procedamus hujus capitis primum instituemus articulos in quibus agemus de essentia dei de ejus attributis generatim et de singulis speciatim.

articulus Vus

De Essentia dei

Rei cujuslibet essentia a philosophis vulgo dicitur duobus constare gradibus genere scilicet et differentia. quapropter ut innotescat dei essentia de ejus genere et ejus specifica differentia disserendum. communis et communis opinio gradus entis substantiæ et spiritus esse præcipuas perfectiones generica et communes dei scilicet deus in quantum quatenus est ens convenit cum aliis omnibus quæ entia sunt quatenus est substantia convenit cum omnibus substantiis et differt ab accidentibus et quibuslibet modificationibus denique quatenus est spiritus convenit cum aliis substantiis spiritualibus et a corporibus discrepat unde patet juxta hos genus essentiæ divinæ proximum esse spiritualitatem. utrum vero ac merito illud ab iis assertum satis intelligi potest ex dictis in Metaphysica generali ubi statuimus ens non esse univoce cum deo et deum et creaturas.

At circa differentiam dei non consentiunt inter se, scilicet thomistae differentiam dei constituunt in intellectione actuali et perfectissima, quam ponunt in infinitate vel summa perfectione. alii denique gradum essentiae divinae constituunt, asserunt. totam omnimodam esse nomine autem aseitatis omnimoda intelligunt independentiam ab alio sive tanquam a radice sive tanquam a principio sive tanquam a causa. nimirum aseitas hoc est distincta a scholasticis dicitur independentia ab alio tanquam a radice haec independentiam non habens attributa dei secunda quippe quae fluunt concipiuntur ab attributo primario tanquam a radice secundo aseitas est independentia ab alio tanquam a principio hanc non habet filius dicimus qui nimirum a patre procedit tanquam a principio tertio denique aseitas est independentia ab alio tanquam a causa hac aseitate carent entia creata, inter illas sententias species tantum discrepare nobis videntur et ipsa in eandem sententiam incidere. quid de his omnibus tum circa genus tum circa dei differentiam sentiamus apperient sequentes conclusiones.

Conclusio 1.ª

Deus est mens seu spiritus, nam spiritus est substantia cogitans ad est percipiens et volens atqui deus absolut est percipit, nam duo est ens perfectissimum atqui ens perfectissimum perceptionis et volitionis capax est, ens enim perfectissimum est id omne quod reale est nec ullam dicit negationem seu limitationem, atqui percipere et velle sunt quid reale nec ullam dicunt negationem seu limitationem ergo &c proinde deus est spiritus seu mens.

Conclusio 2.ª

Mens unica vera est res pensitans et mentium creatarum, nam ut mens unica vera est res pensitans et mentium creatarum ratio mentis in deo cui

mentibus creatis similis esse deberet atque ideo similis non est in deo ens mentibus Creatis Ratio enim mentis in deo indigendens est infinita in mentibus vero creatis finita est ergo indigendens ergo mens minoca non est Respectu dei ens mentium Creatarum

DICIT colligens immerito a Philosophis assignari Spiritalitatem tam quam essentiae Divinae genus cum enim Stricte loquendo nihil minoca sit Respectu dei et Creaturarum nihil etiam Stricte loquendo genus essentiae Divinae dici potest.

OBIES quando deus dicitur mens intelligitur esse Substantiam cogitantem atqui pariter quando mens hominis dicitur mens intelligitur esse Substantiam cogitantem ergo eodem sensu deo et menti hominis mens dicitur proinde ergo est minoca Respectu dei et mentis Creatae.

DISTINGUO majorem quando deus dicitur mens intelligitur deum esse Substantiam cogitantem infinitam concedo majorem deum esse Substantiam cogitantem simpliciter nego majorem, DISTINGUO similiter minorem quando mens hominis dicitur mens intelligitur esse Substantiam cogitantem finitam et dependentem concedo minorem esse Substantiam cogitantem simpliciter nego minorem et consequentiam Eqidem quando deus dicitur mens intelligitur deum esse Substantiam cogitantem infinitam tum Ratione Substantiae tum ratione cogitationis quae in eo non distinguuntur sed non intelligitur Deum esse Substantiam cogitantem simpliciter si enim in deo Substantia a cogitatione non distinguitur nec cogitatio ab indigendentia Cum dicitur deus est Substantia cogitans intelligitur deum non esse esse Substantiam cogitantem simpliciter ponere in deo Substantia a Cogitatione non distinguitur nec cogitatio ab indigendentia ergo

INSTABIS quando dicitur deus est Substantia cogitans intelligitur tantum esse eius verae Subsistens suarum functionum proprium conscium atqui quando dicitur mens hominis est Substantia cogitans id non intelligitur ergo &c.

Dissuo majorem quando dicitur deus est substantia cogitans intelligitur tantum ens per se subsistens suarum functionum proxime conscium sicut dicitur ratione effectus concedo majorem si spectetur ratione sui nego majorem dicitur quia similiter minor esset vaga consequentiam quidem quando dicitur deus est substantia cogitans, intelligitur tantum ens per se subsistens suarum functionum proxime conscium si ratione effectus spectetur non vero si spectetur ratione sui sicut spectatus quod sit in deo illud est cogitans simpliciter non concipitur ut ens per se subsistens suarum functionum proxime conscium sed concipitur ut ens necessarium, cujus functiones quarum proxime conscium est ab eis quorum hominis mens conscia est prorsus differunt illud autem sufficit ut mens minoca non sit respectu dei et mentis creatae sicut vg. per non est minoca respectu hominis et mentis altamen ratione effectus existens deus in homine dicit ac in monte nempe pars est inferiorem quia alias sustinet sed deus non est minoca quia in se erat absolute spectatus dum modo in homine et in monte consideratus.

Conclusio tertia

Essentialis et specifica dei differentia est cogitatio summe perfecta, non deus est mens perfectissima atqui essentialis et specifica mentis perfectissimae differentia est cogitatio summe perfecta si enim cogitatio sit specifica et essentialis mentis differentia cogitatio summe perfecta est specifica et essentialis mentis perfectissimae differentia, atqui cogitatio est essentialis et specifica mentis differentia ut probabitur in tertia sectione ubi de mente humana ergo cogitatio summe perfecta est essentialis et specifica dei differentia.

Et certe illud est essentialis et specifica dei differentia quod habet omnes conditiones ad id requisitas atqui cogitatio summe perfecta dei est specifica dei differentia tot sic enim conditiones postulat primo debet constituere naturam dei. Secundo debet eam distinguere a qualibet alia

tertio ab ea tanquam a fonte et radice fluere debent omnes dei perfectiones atqui tres illæ conditiones conueniunt cogitationi Summe perfectæ, primo enim naturam dei constituit nam illud naturam dei constituit quod est id quod primum in deo atqui cogitatio Summe perfectæ est quid primum in deo illud enim est quid primum in deo quo nulla prior perfectio potest assignari, atqui in deo nulla perfectio assignari potest prior cogitatione Summe perfectæ ergo cogitatio Summe perfectæ constituit naturam dei, secundo distinguit naturam dei a quâlibet aliâ nihil enim existit præter deum nisi corpora et mentes creatæ, atqui cogitatio Summe perfectæ deum distinguit a corporibus et mentibus creatis primo a corporibus quæ sunt substantiæ extensæ et minime cogitationis capaces, secundo a mentibus creatis quæ quidem sunt substantiæ cogitantes sed imperfectæ erfinitæ ergo cogitatio Summe perfectæ deum distinguit a quâlibet aliâ re tertio cogitatio Summe perfectæ est fons et radix omnium perfectionum divinarum si enim omnes perfectiones divinæ nihil aliud sunt quam ipsa cogitatio Summe perfectæ quatenus ad diuersos terminos ordinem dicit cogitatio Summe perfectæ est fons et radix omnium perfectionum divinarum sic extensio est fons omnium materiæ proprietatum divisibilitatis nempe mobilitatis, impenetrabilitatis &c quia omnes istæ proprietates nihil aliud sunt quam ipsa extensio quatenus ad diuersos terminos ordinem dicit, atqui omnes dei perfectiones nihil aliud sunt quam ipsa cogitatio Summe perfectæ quatenus ad terminos diuersos ordinem dicit, exempli gratiâ, scientia dei est ipsa dei cogitatio quatenus circa res cognoscibiles uersatur eadem cogitatio quatenus comparatur cum his ad quæ se determinat dictus libertas quatenus spectatur ratione horum quæ per illius voluntatem fiunt dictus potentia ergo omnes dei perfectiones nihil aliud sunt quam ipsa cogitatio summe perfectæ quatenus ad diuersos terminos ordinem dicit proindeque cogitatio Summe perfectæ est fons et radix omnium perfectionum divinarum aliunde &c ergo est essentialis et specifica dei differentia.

Obiet 1°. Illud attributum est specifica differentia quod primum indeo concipitur ex eo quo omnia fluunt dei attributa atqui aseitas omnimoda seu quod Deum est existentia necessaria est attributum quod in deo primum concipitur a nullo alio fluit ex aquo fluunt omnia, ideo enim Deus est infinite perfectus quia in suis perfectionibus limitari non potest, deo autem in suis perfectionibus limitari non potest quia est a se, deo vero est a se quia talis est eius natura ergo aseitas omnimoda est specifica differentia vere vero cogitatio Summe perfecti.

Disco minorem aseitas omnimoda qua est quod Deum cum cogitatione Summe perfecti est attributum quod in deo primum concipitur ex quo omnia alia fluunt quodque a nullo alio fluit concedo minorem, aseitas omnimoda simpliciter nego minorem distinguo simili deo consequens, Ego Deum de posso aseitas omnimoda qua est quod Deum cum cogitatione Summe perfecti qua Ego ipso quo est Summe perfecti non potest non existere est attributum quod primum in deo concipitur ex eo quo omnia alia fluunt est probandum nego vero quod aseitas omnimoda simpliciter sit attributum quod in deo primum concipitur ex eo quo omnia fluunt. quod enim proprie loquendo non est attributum non potest dici primum dei attributum atqui aseitas omnimoda simpliciter spectata proprie loquendo non est attributum sed tantum arguit aliquod attributum cuius est aseitas seu existentia necessaria proindeque &c

Obiet 2°. Summa perfectio est specifica entis perfectissimi differentia atqui Deus est ens Summe perfectum ergo Summa perfectio est specifica illius differentia.

Disco majorem est Summa perfectio est cogitatio Summe perfecti concedo majorem est Summa perfectio est quod distinctum a cogitatione perfectissima nego majorem distinguo ut ne illa minore distinguo consequens. Itaque perfectio Summa est quidem entis perfectissimi differentia sed si perpendatur quod sit Summa perfectio quo ad rem designandam

Eam nihil aliud esse quam cogitationem summe perfectam cum enim ea quæ sunt sint cogitatio vel extensio vel extensio omnis perfectio primaria vel est cogitatio vel extensio summa igitur perfectio erit infinita cogitatio vel infinita extensio non potest esse infinita extensio quæ demonstrabimus est ergo cogitatio infinita seu summe perfecta.

Obies 3°. Deus est spiritus perfectissimus atqui differentia spiritus perfectissimi est intellectio perfectissima ergo specifica dei differentia est intellectio perfectissima.

Disguo minorem est intellectio perfectissima sumpta pro ipsa cogitatione perfectissima concedo minorem sumpta pro speciali cogitationis modificatione nego minorem distinguo similiter consequens. itaque intellectio perfectissima si sumatur pro ipsa cogitatione perfectissima est dei differentia non vero si sumatur pro speciali cogitationis modificatione ut vulgo sumitur, intelligere enim est esse sunt cogitationis modificationes ut in tractatione videbimus.

Ex dictis satis intelligitur sententias philosophorum de differentia dei specifica supra expositas facile conciliari posse in dei enim veritate sunt vera eadem substantia. ut quid ergo ab iis tanto animorum æstu agitatus hoc quæritis.

articulus 2dus

De

Attributis dei generatim.

Attributi nomine hic intelligimus perfectionem quæ ab essentiâ divinâ tanquam a radice ipsius proprietatis fluere intelligitur ut scientia, potentia, libertas, igitur omne attributum est perfectio et e non vice versâ nam perfectiones duplici genere distinguntur nempe simplicitas simplices et simplices secundum quid.

Perfectio simplicitas simplex vulgo definitur a philosophis ea quæ melius est ipsa quam non ipsa sed quam enti cuilibet melius est habere quam

143 non habere duas autem postulat conditiones prima est ut in suo conceptu nullum dicat limitationem secunda est ut non sit incompossibilis cum alia perfectione.
Perfectio simplex secundum quid ea est quae non est melior ipsa quam non ipsa seu quae aliquam imperfectionem involvit in suo conceptu attamen non potest cum aliâ perfectione.
Jam vero attributa divina sunt perfectiones simplicitas simplices et duplicis generis distinguuntur absoluta scilicet et relativa attributa absoluta sunt ea quae connotant naturam divinam in se spectatam ut attributas immensitas, aeternitas, &c. attributa relativa sunt ea quae exprimunt ordinem Dei ad Creaturas ut ratio creatoris, conservatoris &c. sunt et alia attributa relativa quae scilicet exprimunt in sanctissima trinitate ordinem unius personae ad aliam sed de istis differendo pertinet ad theologos cum lumine superiori naturali tantum cognosci possint.
Circa attributa divina generatim quaerere solent philosophi quo modo ea inter se distinguantur hanc quaestionem facile solvi potest ex his quae in metaphysica generali diximus de distinctione quadruplici metaphysicorum quorum dei simplicis attamen majoris claritatis causa sit

Conclusio 1ª

attributa divina inter se realiter non distinguuntur si enim attributa divina inter se realiter distinguerentur vel distinctione reali majore, vel minore vel distinctione reali logistica atqui nihil horum dici potest.
Primo non distinguuntur distinctione reali majore, nam quae distinguuntur distinctione reali majore sic habent ut res et res possunt a se invicem separari atqui attributa divina non sic habent ut res et res ne possunt a se invicem separari, alioquin in deo plures essent res seu entitates aut posset deus carere aliquâ perfectione quod falsum est ergo &c.
Secundo non distinguuntur distinctione reali minore nam quae distinguuntur distinctione reali minore sic habent ut res et modus, atqui attributa

Divina non se habent ut res et modus cum enim res possit esse sine modo
mum aliquod rei attributum sive aliis posse esse quod falsum est ergo
Tertio denique non distinguuntur attributa realiter Equalitas cum
attributa divina formaliter distinguerentur essent forma et forma ve-
rum Equalitas atque attributa divina una sunt forma et forma si-
cum deus per cogitationem summe perfectam quâ constituitur possi-
bile capax illorum omnes effectus producendi quos producit attributa divina
non sunt forma et forma illa quia per attributa nihil aliud sunt quam
id per quod istorum effectuum capax concipitur atque deus per cogitatio
nem summe perfectam quâ constituitur capax esse concipitur omnes effectus
producendi quos producit v.g. cognoscendi, volendi, remunerandi, puniendi
creandi, conservandi, &c. unde varia dei attributa in se et ratione sui
nihil aliud sunt quam summe perfecta cogitatio quatenus varios respici
terminos varios producit effectus sic cogitatio summe perfecta pro
ut dat cognoscendi connotat divinam scientiam quatenus veritatem rerum
necat creditum placiti divinam justitiam quatenus ad producibilia termi
natus dicitur omnipotentia eadem de aliis attributis ergo attributa divina
ratio se formaliter non distinguuntur.

Hujus propositionis veritatem passim in suis operibus agnoscunt sti
patres, Ipse augustinus libro 15.° de trinitate sic habet, bonitas atque
atque justitia nunquid aliud se in natura dei sicut in ejus operibus
dictant tanquam duo diversa sunt qualitates dei una bonitas qualia
justitia non utique sed quod justitia ipsa bonitas et quia bonitas ip
sa Beatitudo &c. fulgentius in responsione ad serenum clarer nemo
hoc esse catholicae veritatis ut unum in deo divinitatem magnitudinem
bonitatem veritatem nominamus . . . non istis diversis nominibus quasi
diversa sed unum aliud quod est essentia vel natura.

Obiet 1.° la deitas et aliquis distinguitur quia diversimode con
cipitur et definitur, atque attributa divina diversimode &c ergo &c.

Distinguo majorem quæ diuersimode concipiuntur et definiuntur in se et ratione sui Spectata concedo majorem, ratione effectuum et variationum comparationum nego majorem; porro attributa diuina diuersimode concipiuntur et definiuntur ratione effectuum et variationum comparationum non vero ratione sui ens in se Spectata sicut v.g. uirtus solis alio modo concipitur quatenus lutum indurat, alio modo concipitur quatenus ceram liquefacit licet ratione sui ens in se Spectata eadem sit et concipiatur uirtus, ita ex cogitatio summe perfecta alio modo concipitur et definitur cum misericordiam impertitur et alio dum contra punit licet in se et ratione sui eadem sit et eadem concipiatur.

Obiec Secundo idem non potest simul de eo dem affirmari et negari atqui si attributa diuina realiter inter se non distinguerentur idem de eodem simul affirmaretur et negaretur ergo &c.

Disguo majorem idem non potest simul de eodem affirmari et negari sub eodem respectu concedo majorem sub diuerso nego majorem, porro &c sic v.g. de una et eadem in se et ratione sui uirtute dicitur quod induret et liquefaciat, sed sub diuerso respectu diuersus enim est respectus uirtutis solis cerum liquefacientis ab eiusdem uirtutis respectu lutum indurantis proinde que &c.

Conclusio 2ª.

Attributa diuina in se Spectata nequidem per mentem distinguuntur, si enim totum diceremus quod hypercitus in conceptibus quibus attributa diuina attinguntur non cadat in ipsa attributa in deo Spectata sed tantum in diuersos actus, effectus et terminos attributa diuina quæ se Spectata nequidem per mentem distinguuntur, atqui rem ita se habere ex dictis satis patet ergo attributa diuina in se Spectata ne per mentem quidem distinguuntur.

Hæc sufficiant de attributis dei generatim articulis sequentibus de attributis in particulari tum absolutis tum relativis agendum est. itaque sit

articulus tertius
De
Unitate Dei

Etiamsi ex admissa semel dei existentia nihil clarius sequatur quam ejus unitas ita ut deorum pluralitas deorum sit nullitas attamen nimium est quod hostes non solum nuper paganos sed etiam etiam Christianos nostra sit haec veritas. Salices primo dei unitatem sustulerunt pagani sua insania noti in augenda aut minuenda ad libitum deorum suorum multitudine Secundo manichaei qui cum existimassent subesse ente aliquo ex increato bono et malo originem explicari non posse deo admiserunt entia alia increata ab independentia unum boni alterum mali primi primum contra los omnes sit

Conclusio 1.a

Unicus est deus, nam primo nomine dei omnes intelligunt ens infinitum atqui unicum est ens infinitum nam ens infinitum eminenter eminenter vel formaliter continet quidquid est possibile in omni genere entitatis vel perfectionis atqui hujusmodi ens necessario est unicum Si enim deo esset hujusmodi entia vel unum in alio continerentur formaliter aut eminenter vel non atqui neutrum dici potest, non primum alioquin contentum non esset infinitum non secundum alioquin neutrum esset infinitum ergo ens infinitum necessario est unicum proinde quae unicus est deus. Secundo nomine dei omnes intelligunt ens Supremum atqui ens Supremum est necessario unicum ad hoc enim sufficit quod repugnet plura esse entia Suprema atqui vera est nam repugnat deum esse seu Deum esse Supremum et non esse atqui admissis pluribus entibus Supremis deum esse Supremum et non esse primo esset ex hypothesi Secundo non esset nam ens Supremum illud est quod superius est et majus coeteris omnibus quae existunt vel existere

possunt atqui nullum praedictorum entium ex hypothesi. Supremorum esse
hujusmodi nullum enim horum foret quod aliud ens sibi simile non haberet
ergo &c. proinde que &c. Deus est ens omnipotens atque: plura esse
non possunt entia omnipotentia entis enim omnipotentis tanta vis esse
debet ut omnia ab eo pendeant ipsum vero a nullo pendeat atqui plura
non sunt entia a quibus omnia pendeant et quorum quod libet a nullo
pendeat. nil enim unum ex illis entibus ab alio penderet nil nullum ab
alio penderet si primum ergo quod penderet non esset omnipotens si se
cundum ergo a nullo horum omnia penderet proinde que &c nullum esse
omnipotens ergo &c proinde que unicus est deus, unde sic praeclare habet
Lactantius nam si erunt plura et eum optant eorum gratias agunt non juvem
aut deos multos sed deum nominant adeo ipsa veritas cogente natura
etiam ab inditis pectoribus emanavit.

Obies tam possunt admitti plures dii quam plures personae divinae, atqui
plures sunt personae divinae ergo plures dii possunt saltem admitti.

Nego majorem et paritatem disparitas est quod tres personae divinae
unam et eandem habeant naturam unde sequitur omnes naturae divinae
perfectiones ad unam quamque personam pertinere et proinde nullam
esse in una persona perfectionem quae non reperiatur in alia, contra
vero si plures admittantur dii nulla est ut dictum habeant naturam
quod fieri non potest quin una natura sit altera perfectior ut proba
vimus ergo &c.

Conclusio secunda

Duo manichaeorum principia non sunt admittenda nam primo duo manichaeorum
principia forent duo entia diversa, increata, quorum unum esset summe bonum
alterum vero summe malum atqui non possunt admitti duo illa entia, primum quidem

admitti debet ens quod existentiam denegat, ut scilicet ens increatum Summe malum repugnat ens enim Summe malum foret ens Summe imperfectum atqui repugnat ens increatum Summe imperfectum nam ens omnes omnino habens perfectiones ejus Summe imperfectum repugnat atqui ens increatum cum aseitate existat omnes omnino complectitur perfectiones ergo ens increatum Summe imperfectum repugnat pariterque duo manichæorum principia non sunt admittenda.

Secundo duo manichæi admittunt duo principia increata alterum Summe Bonum alterum vero Summe malum ut scilicet explicarent Boni et mali originem in rerum naturâ atqui nedum illa duo principia possunt inservire ad explicandam Boni et mali originem quinimo admissis simul duobus illis principiis hæc non potest absolute explicari. ad hoc enim sufficit quod positis duobus illis principiis nullum possit esse Bonum nullum possit esse malum in mundo atqui desita est primo nullum posset esse Bonum tunc enim nullum posset esse Bonum quando existeret ens quod posset et vellet omne Bonum impedire atqui admissis duobus manichæorum principiis existeret ens quod posset et vellet omne Bonum impedire nempe ens Summe malum primo enim posset a manichæis enim omni potens dicitur secundo vellet si enim nollet jam desineret esse Summe malum cum velle Bonum impedire malum sit. ergo primo admissis duobus manichæorum principiis nullum posset esse Bonum secundo nullum quoque posset esse malum quia pariter principium Summe Bonum posset et vellet pro sua omni potentia et Summa Bonitate omne malum impedire ergo admissis duobus manichæorum principiis nullum posset esse Bonum neque malum in mundo proindeque ad explicandam Boni et mali originem nulla principia excogitarunt manichæi.

Et certe duo illa principia admittenda non sunt ad explicandam boni et mali originem si Boni et mali origo posset explicari sub unico principio Summe Bono atqui ut ita sit primo audens est posse sub illo unico principio explicari originem Boni secundo pariter potest explicari origo mali

Unum mala duplicia sunt genera physica scilicet et moralia, mala mora
lia sunt culpa et peccata ut mendacium, homicidium &c: mala physica
alia sunt mala naturae quae sunt variis naturae defectus ut herbae latiferae
animalia venenata &c. alia sunt mala poenae ut morbi, infortunia, cala
mitates quibus afflictus hominum vita atque horum omnium malorum
origo aeque et commode explicatur admisso unico principio Summo Bono.
primo potest explicari malorum physicorum origo illorum enim malorum origo
sub unico principio Summo Bono potest explicari quae in se propria loquendo
non sunt mala sed ideo talia dicuntur a nobis judicantibus vel quia eorum causas et
utilitates ignoramus vel quia sunt justae peccatorum punitiones, atque mala
physica strictè loquendo non sunt mala sed ideo &c ergo &c. secundo mala
culpae seu peccata explicari possunt sub unico principio Summo Bono adhuc
enim sufficit quod Deus seu principium Summe Bonum potuerit hominem
condere cum libertate ad Bonum et malum vertibili atque Deus potuit hominem
condere cum libertate ad Bonum et malum vertibili Deus enim potuit conde
re hominem in hoc Statu qui nullam hominis injuriam infert nullam in
Deo malitiam arguit quin imo in quo nihil in eo unum omnes Dei quae possunt
Dei perfectiones atque Status hominis libertate praeditis ad Bonum et
malum vertibili nullam hominis injuriam infert nullam in Deo malitiam
arguit quin imo et in hoc Statu omnes Dei perfectiones nihil in eo unum
desiderare possunt primo ille Status nullam hominis injuriam infert et nullam
in Deo malitiam arguit nam ille Status nullam hominis injuriam infert
et nullam in Deo malitiam arguit in quo homo ad summam felicitatem desti
natus et ei media proportionata ad eam assequendam conferuntur atque
homo praeditus libertate ad Bonum et malum vertibili ad summam felici
tatem destinatus et ad eam assequendam ei conferuntur media propor
tionata et vere sufficientia ergo &c. primo Status hominis &c.

Secundo in lo Stato minimo in modum elucent omnes dei perfectiones principaliter enim dei perfectiones sunt Bonitas, Sanctitas, justitia, patientia, misericordia et Sapientia atqui in Statu hominis libertate praedito ad Bonum et malum Verticibili se producunt hae dei attributa primo Bonitas in lo quod Deus hominem nullatenus laedendo pluribus et maximis eum cumulaverit Beneficiis secundo Sanctitas in praecipiendo violatem et nitimur prohibendo, tertio patientia in ferendo tot Salvatos Suae legis violatores, quarto misericordia in parcendo peccatoribus vere poenitentibus quinto justitia vel in eos plectendo vel in justificando, sexto Sapientia quae in lo praecipue conspicua est quod Deus humanabilem elegerit ordinem in quo attributa quodammodo in suis effectibus apparere valeat manifestare in eaque finem totum Rerum universitatem condidit ergo secundo in Statu hominis libertate praedito minime in modum elucent omnes dei perfectiones aliunde ble providegue be.

Obies 1.o tot Sunt ad intendo aeterna Summaque Rerum principia quot Sunt absolute necessaria ad explicandos omnes naturae effectus atqui deo aeterna Summaque principia absolute necessaria Sunt ad explicandos nos effectus ergo &c.

Primo nego majorem enim enim dei unitas efficaciter demonstrativa ut ex dictis supra evidenter patet etiam si esset in Rerum natura effectus qui explicari non possent pluribus principio non ideo ad duo Summa principia Recurrendum esset sed potius hunc illorum effectuum explicationem ille ex illorum numero quos mentis nostrae captum superant humiliter fateri deberemus. exacte quod non intelligimus explicare per aliquid absurdum et potius repugnans omni rationi adversatur atqui ex prima probatione absurda sunt et absolute repugnantia sunt duo manichaeorum principia ergo &c.

Secundo nego minorem propter rationes allatas.

Instbis duo sunt effectus in rerum natura nempe bonum et malum atqui ad explicandam Bonitatem mali originem absolute necessaria sunt duo aeterna summa que principia ergo &c.

Nego minorem primo enim deus formaliter ut mundi conditor est author mali rerum naturae etenim mala naturae vera sunt bona comparata ad universi ordinem pulchritudinem, integritatem nec aliunde a nobis judicantur mala quam quia in exigua orbis parte concludi de toto ut par est judicare non valemus vel quia omnia ex nostro usu non ex rei natura metimur vel quia reprobamus ut superflua ea omnia quorum causas et fines ignoramus non secus ac ignis imperitus alicujus opificis officinam ingrediens et omnia instrumenta suo loco et ordine dispersa observamus ea superflua judicaret quia eorum usus ignoraret vel noxia quia forte ea imperite tractans lasus fuit ejus sanae insipientiam audiens artifex et verba ingesta non curans officinam suam constanter exercere pergeret ea infamia notandi sunt ii omnes qui deum ad suos calculos revocant circa plurima rerum vel noxiarum vel speciei tenus superfluarum. ergo &c

Secundo deus est Salvator unde ex est author malorum poenae poenarumque enim poenarum infligere aliquem est ei bono dignum dicere enim malum poenae ex prima rerum institutione non oriatur a deo quoniam deus non tam non fecit nec tolerat ut perfectione virorum ut ait Scriptura, attamen suppositâ culpa ex zelo justitiae infert mala poenae ergo &c

Tertio denique sola humana voluntas est primum malorum culpae primi primum malum enim culpa est libera legis divinae transgressio jam vero voluntas humana si primum est a nullo principio influxa ad legis divinae transgressionem libere determinabit ergo &c

Instis malum culpa arguit neãm principium mali ens increatum vel ens principium mali est ens increatum et increatum vel productum sunt principio boni atqui principium mali non potuit produci a principio boni ergo &c

Nego minorem principium enim mali est sola humana voluntas a deo libere deficiens atqui humana voluntas a principio boni creata fuit ergo &c.

Instis principium mali est malum atqui principium boni seu deus bonus non potuit producere principium malum ergo &c.

Distinguo majorem principium mali est malum ex libera sua voluntate determinatione concedo majorem ex sua natura nego majorem distinguo similiter minorem et nego consequentiam. equidem principium mali malum est ex libera sua voluntate determinatione quando scilicet sua libertate abutendo ad malum se convertit nego vero quod principium mali ex natura sua sit malum etenim in principio mali ex natura sua libertas atqui libertas non est malum quin imo libertas est verum et proprie dictum bonum quae per se nullam hominis imperfectionem nullum dedecus ad deum attributum et bonum omnimodam manifestationem ejus inferunt ergo &c

Instis quod est causa causae et causa causati ex actu mala deinceps ergo &c

Disguo antecedens quod est causa causae necessaria concedo antecedens quod est causa causae libera et causa causati nego antecedens causa duplex est necessaria quae unum effectum necessario producit sic solum vivum producit humanum, et libera quae libere agit talis est humana voluntas.

Instis ex dicta sequitur deum potuisse hominem condere cum libertate futurum consequens &c.

Nego minorem propter rationes allatas in probatione
Instis libertas est indifferentia ad bonum et malum atqui sanctitati et bonitati dei repugnat quod producat creaturam aliquam cum indifferentia ad bonum et malum ergo &c.
Disquo minorem Sanctitati et bonitati dei repugnat quod producat aliquam Creaturam Cum indifferentia ad bonum et malum Io fine ut possit ad libitum aut bonum agere aut malum committere concedo minorem Io fine ut cum possit bonum non agere semper tamen illud agat et cum possit malum committere illud nunquam committat nego minorem distinc similiter consequens. eqidem libertas est indifferentia ad bonum et malum porro deus bonus pro sua sanctitate et bonitate non potuit humanam voluntatem huiusmodi indifferentia producere Io fine ut indifferenter ad libitum nunc versus bonum nunc versus malum se converteret. ut enim deus est summe bonus necessario vult et praecipit bonum ut hanc tuis ordo postulat et prohibet malum sed deus potuit humanam voluntatem producere cum indifferentia ad bonum et malum eo fine ut cum posset non agere bonum et cum posset malum committere illud nunquam committeret quod ut divinae providentiae mirabile consilium intelligatur obsto deum est propter suam gloriam omnia Caeca omnia propter semetipsum operatus est dominus ait scriptura inde coeli enarrant gloriam dei et omnia quae in coelis sunt et in terra dum servatis legibus ab omnipotentia conditis supremo rerum omnium creatori obsequium praestare videntur Sed cum necessaria sint et necessario agant illa entia non nisi impropriam dici possent illorum obsequium igitur fecit deus mentem liberam et cum ei legem imposuerit reliquit illam in manu consilii sui id est cum potestate illam servandi aut violandi non quidem ut illam violaret et non

servaret Sed ut eam Cum posset violare non violaret cum posset non servare illam servaret et sic Lebeam supremo cui obsequium praestando vere appetit summum que dominium agnoscet et confitebitur.

Instis tus quod necessario tenetur omne malum impedire quantum in se est non potest producere Creaturam Cum indifferentia ad bonum et malum atqui deus pro sua Sanctitate tenetur necessario omne malum impedire quantum in se est ergo &c.

Nego minorem nam deus non tenetur necessario illud impedire quod nihil ejus infinitis perfectionibus detrahendo potest repugnare ad manifestationem suarum attributorum atqui malum nihil de infinitis dei perfectionibus detrahendo ad eas manifestandas infert ergo &c.

Instis tus quod necessario et infinito odio malum prosequitur tenetur quantum in se est omne malum impedire atqui deus ex necessario et infinito odio peccatum prosequitur ergo &c

Nego majorem et dico deum pro suo necessario et infinito ergo peccatum odio tenere tantum illud prohibere et suae legis violatorem gravissimis pluribus et supplicis atqui illud praestat deus ergo &c

Instis pro sua bonitate deus non potuit illum ordinem instituere in quo praevidebat maximum hominum partem ella peccaturam atque in ordine libertatis ad bonum et malum vertibili hominis conatus deus praevidebat et maximam hominum partem ella peccaturam ergo &c

Dis quo majorem in quo praevidebat maximam hominum partem ella peccaturam ex ritu et de facto ordinis instituti concedo majorem ex praevisa hominum voluntate et libertate abusiva nego majorem distinguo partem minorem et nego consequentiam eo quod deus pro sua bonitate non potuit illum instituere ordinem in quo praevidebat maximam hominum partem peccaturam ella ex ritu et de facto ordinis instituti tunc enim deus fuisset auctor et culpae et aeternae hominum damnationis sed deus potuit illum ordinem

Instituere in quo providebat maximam hominum partem suâ Culpâ penituram esse stibcatat abutendo Si enim quid impediet quominus hunc ordinem Deus instituere potuerit maxime quia tunc in Deum refundi deberet hominum damnatio atqui falsum est tunc in Deum refundendam esse hominum damnationem, in eum enim solum refundenda est hominum damnatio qui cum possit bene agere et felicitatem obtinere maluit delegit et malit peccare et in id crimen obtinere damnationis Venire atqui &c. ergo &c. porro in ordine libertatis homini concessa maxima pars hominum penitura erat non exordiri instituti vitio sed ex sola hominum Culpa ut patet Deus enim non ad poenam vel ad felicitatem in hoc ordine hominem destinavit media ad felicitatem consequendam sufficientia constat ergo &c.

Instabis pater qui daret filio suo ensem quo posset cum ex propria culpâ se interficere unum esse Crudelis esset et vere auctor mortis filii sui ergo a pari Deus crudelis censendus est et auctor hominum damnationis si eum ordinem instituat in quo providet maximam hominum partem suâ Culpâ periturum esse.

Nego consequentiam et quidem disparitas est quod pater sit causa particularis et proinde conservationi sui filii specialiter invigilare tenetur qui sufficienter non invigilaret si illi ensem praeberet quo destitutus posset illum esse periturum contra vero Deus est Causa et providus generalis qui propter bonum aliquod Creaturae particularis illum ordinem non instituere non tenetur qui per se nulli Creaturae injuriam infert et ex quo plurima bona sequuntur porro talis est status hominis libertate praeditis ergo &c.

Obies 2.° Deus Summe bonus et unicus aut vellet tollere omne malum et non posset aut posset et non vellet aut neque vellet aut neque posset vel denique et vellet et posset atqui nihil horum omnium dici potest non primum alioquin non esset omnipotens non secundum alioquin esset invidus

non tertium aliquin non esset omnipotens et simul esset imodum, non quatum nullum aliquin esset malum ergo &c

Nego minorem quoad ultimam partem et dico primo Deum posse omne malum tollere qui enim libere creavit neutram libertatem eam libere conservat potest omne malum sive Culpa sive poenae tollere malum enim sive culpae sive poenae non esset absque libertate atqui &c. ergo Deus potest omne malum tollere proinde quae est omnipotens. Secundo vult est omne malum tollere, ille enim vult omne malum tollere qui sinerae malum culpae prohibet sine quo non sit malum poenae atqui Deus sinere omne malum culpae prohibet quo sublato tollitur omne malum poenae ergo Deus vult tollere omne malum proinde quae non est iniquus.

Ad probationem autem dico nihil omnino esse malum Culpae esse malum poenae in mundo negari quia voluntas deiacta de re absoluta non est sed conditionata scilicet vult ille malum poenae ex hipothesi quod non sit malum culpae et non ille malum ex hipothesi Autem libertatis hominis quem Deum legitime de Caelo potuisse instituere supra probavimus.

Quod si his omnibus rationibus perpensis adhuc maneat mundana creaturalis Sapientia hanc attente deinceps primo quod judicia divinae Sapientiae humana mente deprehendi et percipi non possunt quo altitudo divitiarum Sapientiae et Scientiae dei quam incomprehensibilia judicia ejus et investigabiles viae ejus. Secundo consiliorum dei rationes a nobis penetrari non possunt quis enim intimos divinae mentis sensus cognovit aut quis illi fuit consiliis. Tertio haec ratiocinia pluribus aliis in rebus accipitur hic prorsus locum habere non ideo perspicua negandae sunt quia evicta sint perspicuum non est sufficiat hanc clare et distincte percipere primo Deum esse vivum secundo Deum unicum non nisi quod rectum est de facturum velle tertio Deum peccatum punire &c. Ad secundum respondeo hic comprehendi est rationis in infinitas quaestiones descendere plurimas et tenuis mentis adversa

est sapientia dei profundas

articulus quartus
De
Simplicitate Dei

Simplicitas oppositus compositioni est totuplex est quotuplex est compositio porro compositio duplex est physica scilicet et metaphysica illud physice compositum quod constat partibus a se invicem distinctis et separabilibus ut corpus aut homo prout constat mente et corpore. illud est compositum metaphysice quod constat ex partibus metaphysicis seu ut volunt scholastici formalibus vel ipsa entitas virtualiter tantum distinctis talis est compositio ex genere et differentia aut ex potentialibus ad actualia fluentibus. Hic quaeritur primo utrum deus sit physica compositus deus utrum sit corpus aut aliquam corporei ex natura sua conjuncti secundo utrum sit etiam expers omnis metaphysicae compositionis. constat deum non esse mutatum est enim corporeum Cum supra probaverimus eum esse spiritum sit igitur

Conclusio 1a

Deus non constat ex mente et corpore nam nomine dei intelligitur ens perfectissimum atqui ens perfectissimum ex mente et corpore constare non potest nam ens perfectissimum omnem ab se excludit imperfectionem atqui corpus est quid imperfectum. quod enim in suo formali conceptu negationem includit est quid imperfectum atqui corpus in suo formali conceptu negationem includit quod enim necessario figuratum est negationem includit in suo conceptu Cum enim figura sit de politio ultima unius entis corporei pars sit ulterioris et alterius negationem atqui corpus necessario figuratum est figurabilitas enim

est corporis proprietas ergo &c. primo equidem est natura est corpore non
contrar
obies omnia humani corporis membra dei in Scriptura tribuuntur ergo
Dico quod antecedens tribuuntur metaphorice et impropie concedo antece
dens vere et proprie nego antecedens et consequentiam equidem dei
in Scriptura membra humani corporis tribuuntur sed metaphorice tan
tum ut patuit humanae mentis inscultatas quas rebus sublimibus affutu
non nisi difficile potest assequi deus ab omni materia omnes suas divi
membris divinis perfectionis adumbrantur sic v.g. per oculum
